[illegible]

Nei Francisci Oddo

# Diogenes laertius

# De uita & moribus philoſophorum

BIBLIOTECA DE CATALUNYA

Benedictus brognolus generoſis patriciis uenetis Laurētio georgio: Iacoboq;
baduario ſalutem plurimam dicit.
TImoné ferūt optimi iuuenes cū ex eo Aratus quæſiſſet quonā pacto
opa Homeri quæ ſine méda eént cōparare poſſet: reſpōdiſſe ſi ī aliq̄
antiq̄ exéplaria īcidiſſet: nō aūt in ea quæ iā ab aliquo fuiſſét eméda
ta: ꝙ uidelicet aggreſſi caſtigare ea uolumīa uolétes ipa corrigere de
prauaſſét. Hoc neſcio an factū ſit ut poſſit dici ſup Diogene laertio: qué ut iuſſi/
ſtis ſuſcepi recognoſcédū. Nā ꝓ uiribꝰ qdé dedi opā ut ad eā ītegritaté ipſū reduce
ré q̄ traductus fuit: Sed ad huiuſcemodi ré quæ ꝓculdubio ē utiliſſima: opus ē
etiā tum iudicio quodā non mediocri: qd' ex tenuitate doctrinæ meæ ſentio q̄ in
me ſit exiguū: tū etiam aio aliis curis uacuo: ac aliquāto ſpatio tpis: quæ ex lectiōi
bus meis & publicis & priuatis aliiſq; occupationibus q̄ parce mihi tribuātur ut
ipſe taceā uos mihi teſtes eſtis: q optime noſtis q̄ raro ac difficulter mihi unq̄ det
ocioſo eſſe. Sed utcūq; ſit: quod ad me attinuit pro ſuſcepti muneris officio illud
arbitror me cōſecutū eſſe: ut nō aliter a fratre Ambroſio q e græco in latinū eum
uertit: hoc enim maxime quæſitū eſt: traductus fuerit q̄ magiſtro Nicolao a me
traditus fuit īprimédus: exceptis tantūmodo epigrāmatibus & uerſibus qbuſdā:
quos ab illo prætermiſſos cōponédos curauimus eiq; addédos. Neq; uero facile
uidere potui quonāmodo honeſte poſſem aut munus hoc quod ut ſuſciperé ro
gabatis recuſare: aut ſuſceptum q̄ accuratiſſime liceret nō obire: uel ex cōi officio
quo tenemur oēs ſi poſſumus aliquid utilitatis in mediū afferre: cū præſertim ad
ſtudia lraꝝ ptineret: quaꝝ laudes plures ſunt ac maiores q̄ ut uerbis eas quiſpiā
q̄tūuis diſertus ſit atq; eloquens ſatis pro dignitate cōplecti poſſit: ſi modo is ſim
qui ea in re quicq̄ conferre ualeam. Sed cum his rationibus facile adductus ſim
ut moré uobis gererem: illud tamen non diſſimulabo: tantæ iocūditati mihi eē:
uidere quæ fuerit uita uniuſcuiuſq; philoſophi: quod diogenes dilucidiſſime tra
didit: ut uel hac re ſola facile potuerim pſuaderi ut hunc libꝝ recognoſceré: nedū
cū hac in re eadé opera & meæ poſſem & ueſtræ ſatiſſacere uolūtati: quos ꝓ uřis
meritis tanti facio quāti quos plurimi. Niſi forte uacantes medicinæ cū legāt ali
quod opus Hippocratis qui primus medédi præcepta clariſſime ferť cōdidiſſe:
aut Diocli caryſtii q fama ætateq; ſecundus extitit: aut alicuius alius eius artis ac
ſciētiæ magři: flagrét cupiditate īterdū ut ſciāt quæ fuerit přia eoꝝ: q maiores: &
reliq̄ quæ ad ipſoꝝ uitā ptineāt: Dediti ſtudiis philoſophiæ nihil moueanť ſcire
aliqd tale de Platone aut Ariſtotele aliiſue philoſophis: quoꝝ aliqđ opus legāt: cū
illi corporibus: hi aūt aīs q lōge nobiliores ſūt & curādis & excolēdis īcubuerīt.
Quid ꝙ in hoc libro continetur etiam origo philoſophiæ: ut aucta fuerit: ut ad
ſummū pducta: quot partes habeat: & quas: cū ſententiis uniuſcuiuſq; philoſo/
phi: & factis egregiis: atq; adeo ita ut hæc oīa tanq̄ in pictura ꝓpoſita tibi liceat in
tueri. Ergo ſi a Diogene unū horū tantūmodo traditū eſſet non inuitus perlege
rem: cū hæc oīa ſit cōplexus nō libenter legā? Ego uero ipſum etiā libētiſſime &
legi & lego: ex quo nō modo cognitioné multaꝝ reꝝ cōſequor quæ mihi ſūmo
pere placent: uerū etiā copiā exemploꝝ qualia ex ſūmis uiris in omni genere ſcié

tiæ præſtantibus haberi decet. Quod ſi nõ oĩa probanda ſunt quæcunq; tradi-
derint oẽs hi philoſophi: mihi tamen iucundũ eſt uidere qui fuerint academici
q elieẽſes: q italici philoſophi & alii: itẽ qd unuſqſq; ſenſerit: & cur: & ex erroribus
alioꝝ uidẽdis fit ut ueritatẽ melius pcipiã & in ea ualidius etiam aĩus cõfirmet.
Quæ oĩa etiã aliis qcũq; hũc libꝝ accurate plegerit nõ dubito cũ ſũma iucũditate
euẽtura: cũ præſertim mẽdæ ſublatæ fuerit & corruptões: qbus plerũq; lectores
adeo grauiter offendunt ut uel eis ſolis a legẽdo pſus deterreant: & oĩa ita ſint di
ſtĩcta ut ad ea ĩtelligẽda lecturis nulla difficultas ſit futura. Vnũ tãmẽ uelĩ nemini
occultũ eẽ: etiã in græco quædã eẽ loca ubi aliqd deſit: qbus exceptis nihil eẽ arbi-
tror qd nõ recte ſeſe hẽat. Accipietis ergo recognitionẽ nĩam ea mẽte qua uobis
dat: & ita accipietis ut ſi nõ oĩbus partibus fuerit abſoluta: nõ uolũtatẽ ſed facul-
tatem defuiſſe exiſtimetis. Valete. Venetiis pridie idus auguſti. Mcccclxxv.

Fratris ambroſii in Diogenis laertii opus ad coſmam medicem epiſtola.

VOluenti mihi quædã græca uolumina uenit ad manus laertii dioge-
nis de philoſophis plixũ opus. Id & ſi auctori plus ĩ legẽdo ſtudii q̃ in
ſcribẽdo diligẽtiæ fuiſſe ex ĩpa lectõe dephẽderã: qa tamẽ uaria erat hi
ſtoria: & plurima cognitu neceſſaria cõtinere uidebat: latinum facere
amicis maxime id fieri orãtibus ſtatui. Quãq̃ n. ſacris trãſferendis iã-
pridẽ ſtudiũ oẽ tpſq; deuouerã: atq; id religionis ĩſtituto magis conſentaneũ: ab
hoc tamẽ ueluti curriculo modice deflectere ut ſtudioſis morẽ gererẽ: haudq̃q̃
rephẽſibile exiſtimaui: imo hoc ipſo labore meo fore ut xpianæ pietatis & gra-
tiæ dignitas magis pateſceret: ac p id fides ĩ deũ prõptior ac ardẽtior ſurgeret rõ
ueriſſima ſuadebat. Quãdo. n. ĩter illos q ſapiẽtiæ ſæcularis fuere pricipes: tãta de
deo rebuſq; & diuinis & humanis opinionũ cõcertatio eſt: ut ſeiuicem deſtruãt:
neq; ubi cõſiſtas reperire poſſis: maiore pfecto alacritate aĩus diuinæ dignitatis
amplectit grãm: atq; ad fontẽ ueritatis accurrẽs ueteris ſquallorẽ miſerat erro-
ris: & ſi enĩ apud illos ſparſim pbabilia quædã & ueritati cõſona ĩuenire eſt: mẽs
tamẽ tãta opinionũ uarietate fatigata libẽtius & gratius ĩtra cubicula ueritatis ſe
recipit: & diuinis libris ac lĩris hauriẽdis maiori deĩceps deſiderio ĩhiat: & ĩpa ta-
mẽ quæ apud nobiliores quoſq; philoſophos de deo de cælo corporibuſq; cæle-
ſtibus: de natura reꝝ ſubtilr ac uere diſputata ſunt ueritati xpianæ maxime aſti-
pulãt. Merebat. n. pfecto tã egregia ĩdagãdæ ueritatis ĩtẽtio opa illa tã acris adeo
celebre ſtudiũ ſudoris ſui fructu nõ uſqueq̃q; deſtitui: deo id pmittente ut illoꝝ
quoq; teſtimonio fides uera firmamẽtũ ac robur acciperet. Multa in his & dicta
grauiter & facta cõſtãter ĩuenias: ut nõ mõ ex illoꝝ libris fidẽ ĩuiolabilis ueritas
capiat: ueꝝ exẽplis quoq; religioni noſtræ ĩcitamẽtũ uirtutis accedat: q̃ fœdũ. n.
q̃q; plenũ dedecoris eſt ſi xpianũ hoĩem & de deo ſuo pẽdẽtẽ: & cui æternæ uitæ
ſpes certa ſit: uirtuti & cõtinẽtiæ dare operã pigeat: cũ gẽtiles uiros & a ueri cultu
dei ac religione lõge alienos: pbitati modeſtiæ frugalitati cæteriſq; id genus ani
mi humani ornamẽtis ĩpẽſius ſtuduiſſe cõperit. Pleraq; exẽpla huiuſce pene di-
xeri euãgelice pfectioni proxima ſunt: ut pudendũ uehementer & erubeſcendũ
ſit: ſi id minus exhibeat chriſti: q̃ mundi philoſophus: pluſque in gẽtili pectore

poſſit amor gloriæ inanis:q̄ ī animo chriſtiano religioſæ pietatis affectus: His atq; huiuſmodi rōnibus facile mihi pſuaſū eſt:ut hoc traducēdi munus nō mō ut iutile nō aſpnarer:ſeu ut noxiū fugerē:ſed cōtra penitus:ut cōmodū ac neceſſariū cōſtāter aggrederer.Nēpe ſi quē forte plus æquo eiuſce hoīum admiratio rapiat:eo℞q; geſta nr̄atis philoſophiæ præferre ſeu cōferre & exēplis uelit id qđ ſolū ferme timemus:is leuiter admonēdus erit ſolidā potius uirtutē:q̄ adumbratā uirtutis imaginē admiret̄:&enī ipi quos ſtupet q̄ miſerabili īterdū lapſu corruerīt ex ipa lectōe docebit̄.Tibi itaq; Coſmæ uir humaniſſime & xp̄ianæ nobilitatis decus:hoc opus dedicatū fuit:q & auctoritate tua īprimis nos ad illud īpuliſti:& gētilis ac nr̄æ philoſophiæ pitiſſimus q̄ta ſit utriuſq; dr̄ia & dignoſcere facileq; & diiudicare ꝯſueuiſti: Neq; id mō: ue℞ & de labore īpē nr̄o iudicabis:Eo.n.libētius de īgeniolo nr̄o ferēdā tibi ſnīam pmitto: quo maturitati grauitatiq; iudicii cōiūcta beniuolētia ſingularis errata nr̄a faciliore donabit uenia:uerecūdiæq; cōſulet nr̄æ:quæ ſæuiorē cēſurā reformidās eūdē & cēſorē & pronū hr̄e cupit.Sane quoniā uerſus plurimos & diuerſos tū alienos tū ſuos auctor īterſerit:quod abhorrere uidet̄ a grauitate hiſtoriæ:illos traducere cōſulto omiſi:ita tamen ut nihil deeſſe ex ſenſu neceſſario ſim paſſus. Simul & rauca uox prolixam ꝯcātionē ad quam nequaq̄ ſuffeciſſet declinauit:ne riſum moueret audiētibus.Plura quidem inſerta ſunt parum pudice:tum dicta tum facta & quæ pudorem exagitēt: ſed illa quoq; non omitti & lex interpretandi & uera ſuaſit ratio.Sed ſatis iſta ſuperius. Tu ſi qua ſuperflua æſtimaueris iure tuo reſecabis. Vale.

Tabula ſeundum ordinem librorum.


Libro primo
Thales
De ſeptē ſapiētibus
Solon
Chylo
Pittacus
Bias
Cleobolus
Periander
Anacharſis
Myſon
Epimenides
Pherecydes

Libro II.
Anaximāder
Anaximenes
Anaxagoras
Archelaus
Socrates
Xenophon
Aeſchines
Ariſtippus
Theodorus
Phædon
Euclides
Stilpo
Crito
Simo
Glauco
Simmias
Cebes
Menedemus

Libro III.
Plato

Libro IIII.
Speuſippus
Xenocrates
Polemo
Crates
Crantor
Arceſilaus
Bion
Lacides
Carneades
Clytomachus

Libro V.
Ariſtoteles
Theophraſtus
Strato
Lycon
Demetrius
Heraclides

Libro VI.
Antiſthenes
Diogenes
Mominus
Oneſicritus
Crates
Metrocles
Hipparchia
Menippus
Menedemus

Libro VII.
Zeno
Cleantes
Chriſippus

Libro VIII.
Pithagoras
Empedocles
Epicharmus
Architas
Alcmæon
Hippaſus
Philolaus
Eudoxus

Libro IX.
Heraclitus
Xenophanes
Parmenides
Meliſſus
Zenocleates
Leucippus
Democritus
Protagoras
Diogenes apolloniates
Anaſarchus
Pyrrho
Timon

Libro X.
Epicurrus


Explicit tabula.

Laertii Diogenis uitæ & ſententiæ eorum qui in philoſophia probati fuerunt.

PHiloſophiam a barbaris initia ſumpſiſſe pleriq; autumant. Namq; apud Perſas claruiſſe Magos: Babiloniis ſiue aſſyriis eius rei prĩcipes fuiſſe Chaldæos: Gymnoſophiſtas Indis. Celtis ſeu Gallis Druidas & qui Semnothei appellabant: qui ut ait Ariſtoteles ĩ Magico & Sotion in uigeſimotertio ſucceſſionis libro: ꝙ diuini humaniq; iuris peritiſſimi: ac præterea religioĩ maxĩe dediti fuerunt: Semnothei quoq; appellati ſunt: Phœnicẽ ĩſup fuiſſe Ochum & thraca Zamolxim: Libycũq; Atlãtem. Ad hæc Egyptii Nili filiũ fuiſſe Vulcanũ: eumq; ipſũ philoſophiæ aperuiſſe prĩcipia. Porro ipſius rei Antiſtites Sacerdotes ac prophetas appellari ſolitos. Ab hoc autem ad Alexãdrũ Macedonũ regẽ fluxiſſe annos quadragĩta & octo milia octingẽtos ſexagintatres. Quo toto tẽpore ſolis defectus contigiſſe trecẽtos ſeptuagintatres: Lunæ aũt octĩgẽtos trigĩtaduos. Enimuero a Magis quoꝝ prĩcipẽ fuiſſe Zozoaſtrem Perſen memoriæ proditũ eſt: Hermodotus quidẽ Platonicus in libro de diſciplinis uſq; ad excidiũ Troiæ annos qnq; milia cõputat: Xãthus uero Lydius a Zozoaſtre uſq; ad Xerxis tranſitũ ſexcẽtos enumerat annos: Poſt eum autẽ magos plurimos ſibi inuicẽ ſucceſſiſſe Hoſtanas: Aſtropſychos: Gobryas atq; pazatas: donec ab Alexãdro euerſũ eſt Perſaꝝ regnũ. Sed hi ꝑfecto dũ neſciũt græcoꝝ recte facta inuẽtaq; Barbaris applicant. Ab iis nẽpe non ſolũ philoſophia: uerum idipſũ quoq; hominũ genus initio manauit. Deniq; Muſæo Athenæ: Thæbæ Lino inclytæ ſunt. Horũ alterũ Eumolpi filiũ aſſerunt primũ deorũ generationẽ tradidiſſe: ſphærãq; ĩueniſſe: & ex uno fieri atq; in idipſum reſolui omnia dixiſſe. Hunc Phaleris obiſſe diem ibiq; ſepultum eſſe: inſcriptumq; ipſius tumulo Epigramma & genus illius & locum in quo ſepultus fuerit teſtari.

Eumolpi exanimem muſæum terra Phalerum
Continet hoc tumulo pignora cara patris.

Porro muſæi pater Eumolpidis apud athenienſes cognomen dedit. Linũ uero Mercurio: Muſaq; Vrania genitũ affirmãt: ſcripſiſſe aũt mũdi generationẽ: Solis item & Lunæ curſus: animaliũq; ac fructuũ generatiões notauiſſe. Deniq; in primo ſtatim uerſu operis ſui initia reꝝ altius repetẽs cũcta ſimul nata memorauit. Quẽ ſecutus Anaxagoras: & ipſe ſimul facta oĩa aſſeruit: eaq; mente accedẽte cõpoſita. Linũ aũt in Euboia occubuiſſe ſagitta ab Apolline trãſfixum: Thæbiſq; ex urania muſa progenitũ: ipſumq; itidẽ eius tumulo inciſum elogiũ indicio eſt.

Candida purpureis redimitæ tempora ſertis
Thæbanum uraniæ continet urna linum.

Ita philoſophia nõ a Barbaris ſed a Græcis initiũ habuit: cuius & ipſum nomen Barbarã oĩno refugit appellationẽ. Qui aũt illius ĩuentionem Barbaris aſſignãt: Orpheũ quoq; Thraca in mediũ adducũt philoſophũ fuiſſe & eſſe antiquiſſimũ

aſſeuerantes.Equidem is qui de diis talia cõmentatus eſt:an philoſophus appel/
landus ſit neſcio.Videant certe qui ita uolunt quo ſit cẽſendus nomine: qui diis
cũcta hominũ uitia:& quæ raro a turpibus qbuſq; flagicioſiſq; hoĩbus gerũtur:
impingit.Hũc autẽ a mulieribus diſcerptũ periſſe fama eſt.Cæterũ ex eo epigrã/
mate quod in dio Macedoniæ inſculptum eſt fulmine interiſſe cognoſcitur: &
illic ſepultus a muſis aſſeritur.

Orphea candenti tranſfixum fulmine tracem:
Cum curua aonides hic poſuere lyra.

Exponũt etiã mores & ĩſtituta ſingulorũ:qui Barbaros aiunt philoſophiæ prin
cipes fuiſſe:Gymnoſophiſtas ac Druidas obſcure ac per ſentẽtias philoſophari:
colendos deos:nihil mali faciẽdũ:& exercendã fortitudinẽ.Priores illos mortis
quoq; eſſe cõtemptores Clitarchus aſſerit in duodecimo libro:Chaldæos circa
Aſtronomiæ rationes prædictioneſq; occupari:Magos deorũ inſiſtere cultui:&
præces illis ac uota & ſacrificia quaſi ſoli ab iis exaudiant᷑ offerre:de deoꝝ ſubſtã
tia & generatione diſſerere:quos ĩtẽ ignẽ:terrã:& aquã eẽ:ſigna ſtatuaſq; repræ/
hẽdere:& eoꝝ in primis qui mares eſſe deos ac fœminas dicunt errores impro/
bare:de iuſtitia uerba facere:iniquũq; arbitrari atq; impiũ igni ſepelire.Iuſtũ ma
tri ac filiæ miſceri:ut in uigeſimo tertio libro ait Sotion.Diuinationẽ præterea
prædictionẽq; exercere:ſibi deos apparere aſſerentes:plenũ eẽ dæmonibus aera
qui tenuiter ac ueluti ex euaporatione acutius cernẽtiũ luminibus influant:exte
riorẽ cultũ & auri uſũ ĩterdicere.His aũt ueſtis candida:lectus humus:eſca olus:
caſeus paniſq; cibarius eſt.Arũdine pro baculo utun᷑:cuius itẽ in ſũmitate præ/
fixum caſeũ ori applicãtes mandũt.Magicæ illos diuinationis ignaros Ariſtote/
les ait in libro quẽ ĩſcripſit magicũ & Dinon in qnto hiſtoriaꝝ libro:qui Zozo
aſtrem quoq; ex interpretatione noĩs ſui aſtrorũ aſſerit fuiſſe cultorẽ.Hoc ipſũ
& Hermodorus tradit.ægyptiis uero antiqores eẽ Magos Ariſtoteles auctor eſt
in primo de philoſophia libro:duoq; iuxta illos eſſe principia:bonũ dæmonẽ &
malũ dæmonẽ.Alteꝝ ex his Iouẽ & Horomaſdẽ:alteꝝ Plutonẽ & Arimaniũ di
ci:quod Hermippus quoq; in primo de Magis ait.Eudoxus quoq; ĩ periodo:&
Theopõpus octauo Philippicoꝝ li.Qui & reuicturos hoĩes iuxta magorũ ſentẽ
tiã dicit ĩmortaleſq; futuros:& quæ ſũt oĩa illorũ precationibus durare.Iſta Eu/
demus quoq; Rhodius tradit.Porro Hecatæus deos quoq; ſecundũ illũ eſſe ge/
nitos ait.Clearchus uero Solẽſis in libro de diſciplina Gymnoſophiſtas a Magis
fluxiſſe aſſeuerat.Pleriq; & iudæos hoꝝ eſſe nepotes tradũt.Herodotũ præterea
in ius uocant:mendaciiq; arguũt:qui Magorũ hiſtoriã ſcripſere.Neq;.n.iacula in
ſolẽ ĩtorſiſſe Xerxẽ:ut ille ait:nec cõpedes mari ĩmiſiſſe:ꝗ hi a Magis dii ſunt tra/
diti.Signa tamẽ & ſtatuas ex diſciplina a uita hunc merito deleſſe.ægyptiorũ au
tẽ huiuſmodi philoſophiã de diis ac pro iuſtitia dixere.Materiã principiũ fuiſſe
reꝝ:ex ea deĩceps quattuor elementa diſcreta perfectaſq; cumplures animantes.
Solem ac Lunam deos eſſe.Alterumq; Oſirim:alterã Iſim appellatos.Figurate il
los loqui per cãthaꝝ:& Draconẽ:Accipitrem aliaq; animalia:Manethus auctor

eſt in naturaliũ epitoma:& Hecatæus in primo de ægyptiorum philoſophia libro. Statuas inſuper & phana fabricari:quod ignorent effigiem dei:mũdum genitũ:mortaleq́ & ad ſphæræ ſimilitudiné rotundũ.Stellas igné eſſe:quarum tẽperata cõmixtione cuncta ſuper terrá naſci.Lunam deficere cum in terræ icidit umbram. Animam & perdurare & immigrare.Pluuias ex aeris cõuerſionibus fieri.Iſta & huiuſmodi illos de rerum natura diſſerere Hecatæus & Ariſtagoras tradũt.De iuſtitia quoque leges cõſtituere:quas ad mercuriũ referunt.Vtiles quaſque & uſui hoium accõmodatas animantes diuino honore proſecuti ſunt.Aſſerunt & ipſi Geometriá:Aſtrologiá:& Arithmeticam ſe primos inueniſſe.De inuentiõe tãte rei hactenus.Philoſophiá uero pythagoras primũ appellauit:ſeque philoſophũ tum Sicyone alloqueretur leonté Sicyomorũ Tyrãnũ ſiue Phliaſiorũ ut ait Heraclides Ponticus in libro qué iſcripſerat περι της απνου:Nullũ enim hominũ ſed ſolũ deum eſſe ſapienté.Antea ergo ſophia.i.ſapientia dicta:quæ nunc philoſophia dicitur:& qui hanc profitebant ſophi.i.ſapientes appellati. Quicũque ad ſummá animi uirtuté excreuerãt:hos nũc honeſtiore uocabulo auctore Pythagora philoſophos hoc eſt ſapientiæ ſtudioſos appellamus.Ipſi tamen ſapiẽtes;Sophiſtæ itidem ſunt dicti.Neque hi ſolũ:uerũ poetæ quoque Sophiſtarũ appellatione honorant.Deniq́ cratinus in archilocho Homerum & Heſiodũ admirans ita illos uocat.Sapientes auté illi habiti ſunt:Thales:Solon:Periãder:Cleobolus Chilon:Bias:Pittacus.His annumerãt plerique Anacharſim Schythá:Myſoné Chineum:Pherecydé Syrũ:Epimenideque Cretenſem. Addũt alii Piſiſtratum Tyrãnũ:& hi qdé ſapiẽtes dicti.Enimuero philoſophiæ duo fuere principia:unũ quod ab Anaximandro:alterũ quod a Pythagora fluxit. Anaximandri Thales præceptor fuit:Pythagoræ uero Pherecides.Appellatumque eſt id philoſophiæ genus Ionicũ:quod Thales ex Ionia fuerit.Mileſius quippe Anaximandrum inſtituit.Hoc aũt Italicũ:quod illius auctor Pythagoras in Italia ut plurimũ philoſophatus ſit.Deſinit auté Ionica quidem in Clitomachũ Chryſippum & Theophraſtum:Italica in Epicurum.Quippe Thaleti ſucceſſit Anaximander: Anaximandro Anaximenes: Anaximeni Anaxagoras:Anaxagoræ Archelaus:ei uero Socrates:qui prior ethicem ĩuexit.Hunc uero tum Socratici reliqui:tum in primis Plato:qui ueterem Academiam inſtituit. Platoni Speuſippus: & Xenocrates:ei Polemo:Polemoni Crantor & Crates:Cui Arceſilaus qui mediam induxit Academiam: Ei Lacydes qui nouam Academiam inuenit. Lacydi Carneades:eique Clitomachus:atque in hunc modum in Clitomachum deſiit.Sic autem in Chryſippum:Socrati ſucceſſit Antiſthenes:Antiſtheni Diogenes Cynicus:ei uero Crates Thebanus:Crati Zeno Cittieus:Zenoni Cleantes:cui Chryſippus.In Theophraſtum uero ſic deſiit. Platoni ſuccedit Ariſtoteles: Ariſtoteli uero Theophraſtus:& hũc quidem in modum Ionica philoſophia deſinit.Porro Italicæ hæc ſeries fuit. Pherecydi Pythagoras: Pythagoræ Telauges filius ſucceſſit. Ei Xenophanes cui Parmenides: huic Zeno Eleates: Leucippus Zenoni: Democritusque Leucippo: Democrito complures. Sed inter reliquos

reliquos Nauſiphanes: Naucideſq; celebrantur. Eis uero ſuo ordine ſucceſſit Epicurus. Philoſophi aũt generalr̃ in duo genera diſtribuunt͂: alteri ex his dogmatici ſunt dicti: quicunq; de rebus ueluti comprehẽſibilibus diſſerũt. Alteri ephectici qui aſſenſum cõtinẽt & de rebus ita diſputãt: quaſi cõprehẽdi non poſſint. Ex his pleriq; ingenii ſui monumẽta reliquerũt. Alii nihil penitus ſcripſere. His ut qdã uolũt: Socrates annumerat͂: Stilpõ: itẽ Philippus: Menedemus: Pyrrho: Theodorus: Carneades: Bryſo: Pythagoras: etiã ſecũdũ quoſdã Ariſtochius: præter epiſtolas paucas. Alii ſunt qui ſingula tantũ opuſcula ſcripſerũt: Meliſſus parmenides & Anaxagoras. Multa ſcripſit Zeno: plura Xenophanes: plura Democritus: Ariſtoteles plura: Epicurus plura: Chryſippus plura. Philoſophorum alii a Ciuitatibus ſunt appellati ut Elienſes: Megarenſes: Eretrici: & Cyrenaici. Quidam a locis: ut Academici: Stoici. Ab euẽtibus alii: ut ꝑipatetici. Nõnulli a ꝓbris: ut Cynici. Alii ab affectibus: ut Eudæmonici. Quidã ab elationis faſtu ut q ſe Philalethes: ideſt ueritatis ſtudioſos: ſiue Elẽcticos: & analogeticos uocãt. Sũt itẽ qui a præceptoribus ſunt dicti: ut Socratici & Epicurei. Atq; alii quidẽ ꝙ de natura rerũ ſcripſere Phyſici. Alii quia circa mores potius ſe occuparũt Ethici. Cæteri a diſſerẽdo dialectici uocati ſunt: hi ſcilicet qui uerborũ ac rationũ acumine impugnãt. Diuidit͂ autem philoſophia in partes tres: Phyſicam: Ethicam & Dialecticã. Phyſicæ proprium eſt de mundo: & de his quæ ſunt in eo diſſerere. Ethicæ uero de uita moribuſq; tractare. Porro Dialecticæ ambaꝝ partiũ afferre rões. Sola uſq; ad Archilaum phyſica uiguit. A Socrate ut dictũ eſt Ethica initium ſumpſit: & a Zenone Eleate Dialectica. Ethicæ uero pars in ſectas decẽ ſcindit͂: Academicã: Cyrenaicã: Eliacam: Megaricã: Cynicã: Eretricã: Dialeticã: Peripateticã: Stoicã: & Epicureã. Veteris Academiæ prĩceps fuit Plato: mediæ Arceſilaus: nouæ Lacydes: Cyrenaicæ Ariſtippus Cyræneus: Eliacæ Phædon Elienſis: Megaricæ Euclides Megarẽſis: Cynicæ Antiſthenes Atheniẽſis: Eretricæ Menedemus Eretriẽſis: Dialecticæ Clitomachus Calcedonenſis: Peripateticæ Ariſtoteles Stagerites: Stoicæ Zeno Cittieus. Porro Epicurea ab auctore ipſo appellata eſt. Cæteꝝ Ippobotus in libro de ſectis: nouem ait fuiſſe ſectas atq; inſtituta: ex his Megaricam primo loco cõſtituit: ſecundã Eretricã: tertio Cyrenaicã: quarto Epicureã: qnto Anniceriã: ſexto Theodoriã: ſeptimo Zenoniã eandemq; Stoicã: Octauo Academicam ueterem Nono Peripateticã. Cynicæ aũt & Eliacæ atq; Dialecticæ nullã mẽtionẽ facit. Ea uero quæ Pyrrhonia dicitur propter obſcuritatem a plurimis repudiatur. Hãc ipſam tamẽ pleriq; ſecũdũ aliqd ſectã eſſe dicũt: ſecũdum aliqd negãt. Eam deniq; ſectã dici aiunt: quæ rationẽ aliquã iuxta id quod apparet & in promptu eſt ſeq̃tur aut ſequi uidet͂. Secundũ quod & Scepticen nõ incõgrue ſectã appellabimus. Verũ ſi ſectam intelligimus appellationem ex his dogmatibus conſtantem quæ ſibiipſis cõſentiãt: nõ iam appellabit͂ ſecta: neq; enim dogmata ſiue decreta habet. Iſta de philoſophiæ incunabulis: ꝓuectibus: partibus: ſectiſq; breuiter diximus. Quanq̃ & ante paululũ Eclectica quædã ſecta a Potamone Alexãdrino ĩuecta eſt Qui de ſingulis ſectis quæq; ſibi placuere ſelegit. Viſum autem illi eſt: ut in inſtitutione ſua fatet͂: multiplex eſſe ueritatis examen: Alteꝝ ſcilicet a quo iudiciũ fiat

hoc eſt principale. Alteꝝ per quod ideſt ſolertiſſimā itimāq; imaginem. Initiaq; reꝝ oīum materiāq; & qualitatē effectionēq; ac locum ex quo ſcilicet & a quo & ubi & in quo. Finem uero ad quem cuncta referantur uitam eſſe ait omni uirtu/te perfectā: non abſq; corporis naturalibus externiſq; bonis. Sed iam de uiris ipſis cuiuſmodi fuerint: dicendum: ac primum de thalete.

Thales Mileſius.

THales itaq;: ut Herodotus: Duris: ac Democritus aiūt: pře Examyo matre cleobulina ex Thelidaꝝ familia: qui phoenicū nobiliſſimi a Cadmo & Agenore originem ducūt: Platone quoq; teſte natus: pri muſq; ſapiēs uocatus eſt: quo tpe Damaſius Athenis princeps erat: ſub quo ſeptē quoq; ſapiētes appellati ſunt. Demetrius Phalereus in deſcriptione pricipū meminit. Miletiaūt ciuis īſcriptus eſt. Profectus cū Nelaeo ex phœnice: cū ille patrio ſolo excidiſſet: ſiue ut pluribus uiſum eſt: idigena Mile/ſius & claro genere fuit. Poſt reipu. negotia ſeſe ad cōtēplādā reꝝ naturā trāſtulit. Sane iuxta quoſdā nullū igenii ſui monumētū dereliqt. Nā quæ in eū referť nau tica aſtrologia phoeci ſamii eē ꝑhibeť. Callimachus iuētorē fuiſſe minoris urſæ: ac notaſſe illius ſtellas tradit: qua phœnices nauigāt ſic dicens uerſibus iambicis.

Plauſtri notaſſe dictus eſt minores
Stellas: quibus ſuum tenent tyrii curſum.

Secundū quoſdā duo ſola cōſcripſit: de cōuerſione ſcilicet ex æquinoctio: cæte/ra facilia eſſe ad percipiendū arbitratus. Putant pleriq; primū Aſtrologiæ ſecreta rimatū: Solis defectus cōuerſioneſq; prædixiſſe: ut ait Eudemus in ea quam de Aſtrologia ſcripſit hiſtoria. Quocirca Xenophanē & Herodotū illum maxime fuiſſe miratos. Idipſum autē Heraclitus Democrituſq; teſtanť. Sunt q illū īmor tales animos primū dixiſſe aſſeuerēt: ex qbus eſt Chœrillus poeta: Primus & ſo/lis curſum a cōuerſiōe in cōuerſionē reppererit. Soliſq; magnitudini Lunarē or/bem cōparatū ſeptingenteſimā & uiceſimā illius partē eſſe: prior ut quibuſdam placet: dixit: primus etiā menſis ultimā triacada ideſt trigeſimā uocauit: De natu ra quoq; prior ipſe diſſeruit: inanimatis etiā animas illū ineſſe putauiſſe Ariſto/teles & Hippias auctores ſūt coniicientē id ex magnete lapide & ſuccino. Ab egy/ptiis uero percepta Geometriæ diſciplina primū deſcripſiſſe circuli triangulum rectis lateribus: & īmolaſſe bouē refert Pamphila: Alii Pythagorā dicūt ut apol/lodorus ſupputator. Porro quæ callimachus ait: Euphorbū phrygem inueniſſe ſcalena & trigona: quæq; ad lineæ ſpeculationē pertinent ea iſte auxit atq; propa/gauit. Cōſtat illū & reipublicæ cōmodis optime cōſuluiſſe. Nā cū ſotios mileſios Croeſus habere oraret: obſtitit ille. Eaq; res poſtmodū Cyro uictoria potito ſa/lus ciuitatis fuit. Solitariā eū ac priuatā uitā adamaſſe tradit Heraclides. Quidā uxorē duxiſſe filiūq; Cidiſtū procreaſſe. Alii Cælibē ꝑſeueraſſe: ſororiſq; filium ſibi adoptaſſe ferūt: & cū rogareť cur filios nō ꝓcrearet: q filioꝝ amore nō tene/retur: reſpōdiſſe. Vrgēti matri ut ſe matrimonii uinculis aſtringeret: Adhuc in/tēpeſtiuū eſſe dixit. Emēſa fere iuuēta cū ſibi illa acrius īſiſteret: Iam īquit intēpe ſtiuum eſt. Scribit autē Hieronymus rhodius in ſecūdo cōmentariorū eum cū

uellet oſtendere q̄ ſit facile ditari præcognita futura ubertate conduxiſſe olearia: pecuniaſque inumeras ſibi cōparaſſe.Principiū oium aquā eſſe dixit:& animatū mūdū ac dæmonibus plenū.Anni tpa illorūque uiciſſitudines priorē iueniſſe ſe rūt:eūq; ī trecētos ſexagītaqnq; dies diuiſiſſe.Nullo præceptore uſus ē:niſi inq̄tū ægyptiis ſacerdotibus eo ꝓfectus familiariter ihæſit.Porro Hieronymus mēſū ēe Pyramides umbrā aſſeruādo memoriæ tradidit:q̄do nobis æqua magnitudi ne ſūt.thraſybulo quoq; mileſioꝝ Tyrāno:ut ait Minyes cōiūxit: Quæ uero de tripode a piſcatoribus inuēto ſapiētibuſque a plebe mileſioꝝ dedicato mēorāt: manifeſta ſūt.Aiūt.n.Ionicos adoleſcētes quoſdā a piſcatoribus mileſiis iactū ræ tis emiſſe:capto:deīde ex educto tripode orta cōtētio nō ante ſedata ē:q̄ delphos a mileſiis miſſū reſpōſumque a Deo eſt illius eſſe debere q̄ oēs ſapiētia excelleret.

De tripode ex phœbo quæris mileſia proles.
Huic tripodem addico cuius ſapientia prima.

Datur ergo Thaleti:thaleſq; illū alii dat:& rurſus alius alii:donec ad ſolonē uētū eſt.Qui deū primū eē ſapiētia aſſerēs illū delphos miſit.Iſta callimachus in iābis aliter tradit accepta ſcilicet a Leādrio mileſio:bathyclē enim quēpiā arcadē phia lā reliqſſe:atque mādaſſe dari ſapienti primo : datāque thaleti ac ꝑ orbē rurſum Thaleti:quam ille apollini didymæo miſit:ſic dicens ſecūdum callimachum.

Plæbem Regenti me thales nileo dat.
Clarum bis hoc qui iam ſecutus eſt donum.

Pedeſtris autē orō ſic ſe habet thales exāmyi filius Mileſius Apollini Delphinio græcoꝝ præmiū bis nactus.Qui aūt circūtulerat phialā bathyclis filius Therion uocabaꝰ:ut eleuſis ait ī libro de Achille:& Alexo:Myndus ī nono fabuloſoꝝ.Eu doxus aūt cnidius Euātheſq; mileſius aiūt Crœſū amicū quēdā aureū poculū a rege accepiſſe:ut illud ſapiētiſſimo græcoꝝ daret:ipſūq; thaleti dediſſe:ꝑueniſſeq; ad Chilonē.Ei uero cū a pythio quæreret:qſnā eſſet ſe ſapiētior:reſpōſū eē myſo nē de quo ſuo loco dicemus.Hunc Eudoxus ꝓ Cleobulo: Plato ꝓ Periādro po/ nit.De ipſo hæc reſpondit Apollo.

Te magis eē cano curis illuſtribus aptū:Aetheū quēdā generatū chene myſonē.

Qui autē pythiū rogauerat:anacharſis fuit.Dædachus Platonicus & Clearchus phialā a Crœſo ad Pittacū miſſā atq; ita ī urbē circūlatā ferūt.Andro uero in tri/ pode argiuos ait uirtutis præmiū ſapiētiſſimo græcoꝝ Tripoda cōſtituiſſe: eūq; Ariſtodemū ſpartiatā fuiſſe iudicatū:quē itē cōceſſiſſe Chilōi meminit ariſtode mus. Alcæus quoq; aſſerēs dictū illud apd' ſpartiatas celebre:pecuniæ uir: pauꝑ uero nemo bonus ē.Pleriq; a Periādro ad Thraſybulū mileſiorū tyrānū onuſtā nauē miſſā referūt.Ea uero cū circa eoꝝ mare naufragiū feciſſet:inuētū poſt a pi ſcatoribꝫ tripodē:q ea uehebaꝰ.Phanodicus circa mare atticū reptū:atq; in urbē d̄latū ſcribit:ſcāq; cōtentōe ex d̄creto publico Biāti miſſū:cām ſuo loco dicemus cū de biāte dicēdū erit.Alii a uulcāo fabre factū tradūt:ac ꝓ mūere Pelopi a d̄o da tū:cū ille uxorē duceret:demū ad Menelaū ꝑueniſſe:raptūq; cū Helena ab Alexā dro in eoꝝ mare fuiſſe iactatū:alācæna rixaꝝ cām fore aſſerēte.Poſt lapſū tpis cū qdā illic lebedii rætis iactū mercati eēnt:tripoda quoq; fuiſſe cōphēſū:& cū exor

tō cū piſcatoribꝫ iurgio coū aſcēdiſſēt:nihilqꝫ ꝓficerēt:miletū q̄ erat metropolis eā rē detulerūt.Miſſi a mileſiis legati q eā rē ꝯponerēt:īfecto negotio reuerſi ſūt.Mileſii ut ſe cōtēpti uiderūt:aduerſus coos armis decernere ꝑgūt:plurimiſqꝫ hīc īde cadētibus:diuino oraculo reſpōſū ē:ſapiētiſſimo dādū tripoda.Mox in Thaletē utræqꝫ ꝑtes cōſēſere.Hūc ille poſtmodū didymæo deuouit apollini.Cois itaqꝫ reſpōſū nō ante qeturā cōtētionē q̄ aureū tripoda uulcani opus ī mare iactatū ex urbe educerēt & ad eius uiri domū ferrēt:q præſētia & præterita & futura noſcet.

Non prius ionii metropeſque a marte recedent:
Quam tripos auratus: pelagus quē iecit in altum.
Mulciber:ex urbe emiſſus concedat ad ædes
Mox hominis:cuius ſit præſentia noſcere promptum
Quæ ſint quæ fuerint quæ mox uentura trahantur.

Mileſiis ut ſupra iā diximus reſpōſum uiro illi dādū q ſapiētia primus eēt oīum. ſed de his hactenus.Hermippus autē in uitis in hūc refert:qđ a qbuſdā de Socrate dicit̄.Aiebat.n.inqt:triū maxime rerū cāgr̄as ſe fortunæ agere.Primo ꝙ homo nō bælua:deīde ꝙ uir nō mulier:tertio ꝙ græcus natus eēt nō barbarus.Fertur cū domo exiret inſpiciendorū ſiderū cā;in ſubiectā ſcrobē īcidiſſe: petulantique probro dictū ab anu domeſtica:Qua rōne.o.Thales q̄ ī cælis ſūt cōprehēſurū te arbitraris:q ea quæ ſūt āte oculos uidere nō uales? Aſtronomiæ ſane fuiſſe ſtudioſiſſimū & Timō ſciuit:q illū ī ſilis eius rei laudat.Porro q̄ abeo ſcripta ſi̇̄t ad ducētos uerſus ꝑtigere lobō Argiuus auctor ē:īſcriptoſqꝫ imagini ipſius uerſus:

Hunc quæ nutriuit mileſia terra thaletem
Conſilio primum prodidit aſtrologum.

Mileti in ionia nutritum:Aſtrologumque fuiſſe:& eſſe antiquiſſimum ſapientia teſtari.Quæ uero ipſius celebrentur iſta eſſe.

Non multa uerba ſigna ſunt bonæ mentis.
Quiddam legas tu qui ſapis ſequi clarum.
Solues enim uirum loquacium linguam.

Nō multa uerba prudētis animi īdiciū ſūt.Vnū aliqd ſapiens diuina:unū qppiā præclaꝝ elige:ſolues enī loq̄ciū īſinitos ſermones uiroꝝ.Ferunt̄ eius & iſtæ ſētētiæ:antiqſſimū eoꝝ quæ ſūt oīum deus: īgenitū enī:pulcherrimū mūdus:a deo enī fcūs eſt:maximū locus:capit.n.oīa:uelociſſimū mēs:nā ꝑ uniuerſa diſcurrit: fortiſſimū neceſſitas:cūcta.n.ſupat:ſapientiſſimū tp̄s:īuenit nāque oīa.Nihil ait mortē a uita differre.Tu uero ait qſpiā:q̄re nō moreris? Quia nihil inqt differt. Sciſcitāti cuidā qd prius factū eēt nox an dies?nox ait una prius die.Interrogatus lateret ne deos hō male operās? ne cogitās qdē inqt. Percōtāti adultero an iuraret ſe mīme adulteraſſe?nō eſt ait piuriū adulterio deterius.Interrogatus qdnā eēt difficile?ſe īqt ipm noſce.Quid ꝯtra facile?aliis moneri dixit:qd ſuauiſſimū? frui inquit:quid deus? quod initio & fine caret:quid difficile uidiſſet? Tyrannū inquit ſenem. Quo pacto aduerſæ fortunæ ictus quiſpiam ferat facillime? ſi inimicos ait uideat deterius affectos: quomodo optime ac iuſtiſſime uiuemus?ſi quæ in aliis reprehendimus:ait ipſi non faciamus: quiſnam fœlix ſit?

qui corpore inquit ſanus: fortuna locuples: animoq; non ignauus aut ĩperitus ẽ. Amicoꝝ præſentiũ & abſentiũ æque memores debere eſſe ait. Non cõponere faciẽ: ſed bonaꝝ artiũ ſtudiis animũ excolere præclaꝝ eſſe. Noli ĩquit ditari nequiter: neq; te in ius uocet ſermo contra cõiunctos tibi ac ſotios dictus. Quæcũq; ait ſtipẽdia parentibus intuleris: eadẽ ipſe a filiis expecta. Nilũ ait excreſcere quando eteſiæ quæ contrariæ ſunt undas repellunt. Ortum primo anno trigeſimæ q̃ntæ olympiadis Thalẽ Apollodorus ĩ chronicis tradit: mortuũq; ætatis anno lxxviii. ſiue ut Soſicrates ait nonageſimo. Quĩquageſima quippe & octaua olympiade eſſe defunctũ. Crœſi uero fuiſſe tp̃ibus: cui & pollicitus ſit alyn fluuiũ ſine ponte traiicere auerſis undis. Fuiſſe & alios q̃nq; huius nominis uiros Demetrius magneſius in æquiuocis fatetur: Primũ rhetorẽ calantinianũ: Secundũ pictorẽ ſicyoniũ: Megalophyen tertiũ: eũq; antiq̃ſſimũ ferme heſiodi: homeri: lycurgiq; tp̃ibus: Quartũ cuius meminit Duris in libro de pictura: Quĩtũ iuniorẽ & obſcurũ: cuius & Dionyſius in criticis mentionẽ facit. Sapiẽs igĩt Thales obiit cũ certamen gymnicũ ſpectaret: æſtu ſcilicet ac ſiti: & ĩfirmitate fatigatus iam uetulus: in cuius laudes extant Epigrammata.

Gymnicon aſpiceret cum rurſus agona thaletem:
Traxiſti e ſtadiis Iuppiter æelie.
Hunc laudo cælum proprius q̃ duxeris ultra.
Nõ poterat terris aſtra uidere ſenex.
Nempe hic exiguus tumulus: ſed ſydera ſcandit
Gloria: ſunt cuius hæc monumenta thalæ.

Huius illud eſt: noſce teipſum. Quod antiſthenes in ſucceſſiõibus ait fuiſſe phemonœs: Idq; ſibi uſurpaſſe Chilonem.

De ſeptem ſapientibus.

HOc ĩ loco generatim ipoꝝ faciẽda mẽtio eſt: quæ nã fuerit de illis ĩter ueteres & q̃ta diſcordia. Damon Cyrenæus cũ de philoſophis ſcriberet: oẽs ĩſimulat & ſeptem in primis. Anaximenes aũt oẽs ait poeticæ magis fuiſſe ſtudioſos. Dicæarchus neq; ſapiẽtes neq; philoſophos fuiſſe eos aſſerit: ſed ſenſatos plane uiros: legũq; latores. Archetimus ſyracuſanus illoꝝ cũ cypſelo cõgreſſũ ſcripſit: cui ſe quoq; interfuiſſe ait. Euphorus apud Crœſum præter unum thalẽ cõgreſſos tradit. Aiũt autẽ quidã & in panionio & corintho & delphis eos cõueniſſe: illorũq; ſentẽtias ponũt: que nã cuius ſit exponẽtes ut illud: lacædemonius fuit Chilo ſapiens: qui hæc ait: nihil nimis. Tp̃i cũcta adſunt bona. Magna & de illoꝝ numero diſcordia eſt. Leãdrius enim pro Cleobulo & Myſone: Leophãtũ gorſiada lebediũ ſiue epheſiũ ĩſerit. Epimenidẽq; cretenſem. Plato autẽ in protagora Myſonẽ pro periãdro: ephorus pro myſone ponit Anacharſim. Alii Pythagorã adiiciũt. Porro Dicæarchus quatuor nobis cõſenſu omniũ ſapiẽtes tradit thalẽ: Biantẽ: Pittacũ atq; Solonẽ: tum ſex alios noĩat quoꝝ ex numero tres eligit. Ariſtodemũ ſcilicet: Pamphilũ: Chilonẽ lacædemoniũ: Cleobulũ: Anacharſim & periandrũ. Addũt quidã Acuſilaũ Cabam ſiue Scabrã Argiuũ. Hermippus aũt in libro de ſapiẽtibus decem & ſeptem fuiſſe tradit:

quorum ex numero ſeptem alii aliter eligant: ſic autem illos computat: primo
loco ponit Solonem: tū Thalem: Pittacum: Biantem: Chilonem: Cleobulū: Peri
andrum: Anacharſim: Acuſilaū: Epimenidē: Leophantū: Pherecydē: Ariſtode/
mum: Pythagorā: Laſum charmātidæ ſeu Siſymbrini: ſiue ut Ariſtoxenus tra/
dit chabrini filium: Hermioneū: Anaxagoram. Enimuero hippobotus ī deſcri
ptione philoſophorum hāc illoꝝ ſeriē exponit: primo Orpheū: deinde linū: tū
Solonē: Periandrū: Anacharſim: Cleobulum: Myſonē: Thalē: Biantē: Pittacū:
Epicharmū: & extrēo loco Pythagorā: Ferunt & iſtæ Thaletis epiſtolæ. Thales
pherecydi. Audio te primū Ioniū đ diuinis rebus apud græcos palā diſſerere pa
rare. Verū iuſtiore fortaſſe ſentētia īter amicos ea quæ ſcripſeris leges: q̄ paſſim q
buſcūq; permittes nullo illis emolumento futura. Equidem ſi tibi gratū cogno
uero: uolo conſcius eoꝝ quæ ſcribis eſſe: ac ſi qdē iubes ad te mature proficiſcar:
neq; enim adeo amētes ac ſtolidi ſumus ego & Solon Athenienſis: ut cum naui
gio cretam petierimus: uiſendi gratia: ægyptūq; itidē penetrauerimus: ut iſtic ſa
cerdotibus & aſtronomis cōgrederemur: ad te nō pari ſtudio nauigaturi ſimus
Veniet enim & Solon ipſe ſi annuas. Nanq; tu loci illius amore detentus raro ī
Ioniam tranſis: neq; peregrinorum hominū deſiderio tangeris. Verum uni tan
tum ut ſpero ſcribendi negocio incūbis. At nos qui nihil ſcribimus: græciam aſi
amq; pagramus. Vale. Thales Solōi. Athenis ſi excedas: mileti ut equidem re/
or cōmodiſſime habitare poteris: ē enim ueſtra colonia: patieriſq; dirum nihil.
q̄ ſi & apud Mileſeos execraris tyrannidē: æque enim ubique tyrānos infeſtos
habes: At cū amicis nobiſcum ſcilicet uiuere erit iucundiſſimū. Scripſit ad te Bi
as ut prienam proficiſcaris. Eam tu urbem ſi gratius inhabitaueris: & ipſi eo ad
te aduolabimus. Vale.

Solon Salaminius.

N Olon Execeſtidæ filius Salaminius primū quidem ipſam ſiſachtheā
iuexit athenienſibus: ſic autem appellabatur corporum poſſeſſionū/
que redemptio. plurimi quippe per ſummam inopiam fœneratori
bus corpora ſua exponebant: ac ſuper his fœnerabantur. Cum igitur
ſeptem ſibi talenta ex patrimonii ſui iure deberentur: ea prior indul/
ſit: ac relibuos idem facere exemplo ſuo ꝓuocauit. Eaque lex ſiſachthea appella
ta ē: hoc illi id quod minime obſcurum eſt: fœlix iniciū fauſtūque fuit ad cæte/
ras condendas leges: quas enumerare longiſſimū eſſet: minimeque neceſſariū
cum illæ tabulis æreis inciſæ ſunt. Eſt autem id ipius factum uel celeberrimum
cum de proprietate ſalaminæ ipſius patriæ inter athenienſes & megarenſes fer/
me uſque ad interitum armis dimicatum eſſet: multiſque cladibus acceptis: ca/
pitale apud athenienſes eſſe cœpiſſet ſiquis legem de uindicanda inſula ferre au/
deret. Sollicitus Solon ne uel tacendo parum Reipu. conſuleret: uel conſulen/
do ſibi noceret: ſubitam ſibi dementiam ſimulat: cuius uenia non dicturus mo
do prohibita: ſed & facturus erat. Deformis habitu more uæcordium in publi
cum euolat: factoque concurſu hominum: quo magis conſilium diſſimulet: in
ſolitis ſibi uerſibus.

Mutata patria pholegandrius aut ſicinites
  Tunc ego dicebar: Atticus ante fui.
Certe hominum rumor ſubito uolitaret ad aures:
  Atticus hic hominum quis fugitur ſalamis.
Ad ſalamina graue expulſuri dedecus imus.
  Et conſerturi ſummimus arma manus.

Per præconē ſuadere populo cæpit quod uetabať. Oīumq; ita aīos cœpit: ut aduerſus megarēſes bellum extēplo decernerent: inſulaq; deuictis hoſtibus atheniensium fieret. Perſuaſit Atheniēſibus in thracia quoq; ſibi uendicare cherſoneſum: ac ne magis ui q̄ iure Salaminam poſſidere uiderētur: effoſſis qbuſdam tumulis cadauera ad orientem ſolem conuerſa: qui athenienſibus ſepeliendi mos erat: oſtendit ſepulchra item ipſa ad orientē poſita: inſculptaq; ipſis paganorum noīa: quod quidē ꝓpriū Athenienſiū fuit. Aiunt pleriq; illū exinde Homeri ſcripſiſſe cathalogum ab eo loco: ubi aiacē ex ſalamina duodeci duxiſſe naues ait.

Biſſenis ſalamine aiax cum nauibus ibat
Cecropidum quo caſtra loco poſuere phalanges.

Ex eo iam tēpore plæbis in ſe animos ita conuerterat: ut ſibi illum oēs percupide regnare cuperent: Eis uero ille in tantum affuit: ut acquieſceret: ut auctore Soſicrate piſiſtratum quoq; ꝓpinquū ſuum: cū ſibi tyrannidem parare intelligeret: quantū in ſe fuit ꝓhibuerit. nam euocata cōtione ꝓfectus in publicū lorica armatus & clypeo piſiſtrati inſidias & improbos conatus aperuit. Neq; id ſolum: uerum & iuuare paratū ac pro libertate ſeſe pugnaturum aſſeuerauit: Viri inquiens Athenienſes aliis quidem ſapientior: aliis uero fortior ſum. Sapientior enim illis ſum: q piſiſtratū iſtū non animaduertunt: fortiorq; his qui ſciūt illum quidem: ſed metu reticent. Senatus uero q; ſtuderent piſiſtrato: inſanire illum ꝓclamabat: At ille meā inquit inſaniā ciuibus breui tempus oſtendet q piſiſtratidæ eſſent: cum ueritas in lucem uenerit. Elegi autē ipſius de tyrānide piſiſtrati ſunt hi.

Vis niuis & pelagi tempeſtas nube creatur.
  Horrendū excutiunt ſydera clara ſonum.
Et cecidere uiris perſæpe potentibus urbes.
  Seruiuit ſoli neſcia plebs domino.

Iam uero piſiſtrato rerum potito minime obtēperans: ante curiam arma depoſuit dicens illud: O patria tibi equidem uerbo & opere auxiliatus ſum: ī ægyptū nauigauit: atq; inde cyprium ꝓfectus: poſtremo ad cræſum peruenit: a quo interrogatus quis nam ſibi fœlix uideretur: Telus inqt athenienſis & cleobis: & Bito & cætera quæ ſunt in ore omnium. Aiunt quidā Crœſum cū ſe exquiſitiſſime oīum ornamentorum genere compoſuiſſet: ſublimiq; in ſolio ſederet: interrogaſſe eum an pulchrius unq̄ ſpectaculū uiderit: illūq; dixiſſe gallos gallinaceos: faſianos: atq; pauones. Naturali enim eos flore & incredibili ſpecioſitate ueſtiri. A crœſo deinde in Ciliciā ꝓfectus urbem condidit: atq; ex ſuo nomine Solos appellauit: in qua paucos atheniēſium ſtatuit: qui tractu temporis cū patriā

uocem corrupiſſent:ſolœcizare dicti ſunt:& appellabantur hi quidem Solenſes
qui Cyprii uero Solii.Cum uero piſiſtratū in Tyrannide perſeuerare didiciſſet:
iſta athenienſibus ſcripſit.Si quidem ꝑ ueſtrā uæcordiam dira toleratis:nihil in
hac parte diis acceptum referatis:ipſi enim horum uobis cauſa eſtis:q pignora:
ut duram ſeruitutem pateremini dediſtis.Veſtrum uero unuſquiſq; uulpis ue
ſtigiis īcedit:Omnibus aūt una leuis & ſtolida mens eſt.Quippe uiri linguā ſer/
monē q; uariū & plenū aſtutia & fallacia attēditis:rerꝫ exitū cōſiderare neſcitis.

Triſtia commiſſæ luitis ſi præmia noxæ:
Non uos in ſuperos concitet ira deos.
Nanq; uiros auxit ueſtri cuſtodia quondam
Subdita qui nobis ſub iuga colla premunt.
Nam quiuis ueſtrum ſequitur ueſtigia ulpis.
Mens ſtulta eſt uobis omnibus atq; leuis:
Linguam & enim aſpicitis hominum diuerſaq; uerba:
Quod faciunt ſed non cernere uultis opus.

Hec ille.piſiſtratus aūt cum illius fugam didiciſſet:ſic ad eum ſcripſit:

Piſiſtratus Soloni ſalutem.

NEq; ſolus græcorꝫ tyrānidē arripui:neq; mihi rem alienam uſurpaui
Quippe genus a Cecrope duco:id enī mihi meo iure uēdico qđ athe
nienſes olim cū iureiurando firmaſſent: codro illiuſq; genti præbitu
ros:poſtmodū abſtulerant. Ceterum in deos: uel in hoīes nihil alias
pecco.Leges quas ipſe atheniēſibus dediſti:ſeruari atq; ſecundum eas uiuere iu
beo:Et quidē melius ſeruātur q̄ poſſēt:ſi multitudinis īperio res agerēt: ꝑmitto
enim neminē iniuriam inferre:ac Tyrannus ego præter dignitatem & honorē
nihil a plæbe differo:ſolis eis ſtipendiis cōtētus quæ iis quoq; qui ante me regnā
runt debebantur.Deniq; atheniēſium ſinguli decimas frugum ſuarum ſeparāt
non in uſus noſtros cōſumendas:uerum ſacrificiis publicis cōmodiſq; cōmu
nibus:& ſi quando bellum cōtra nos emerſerit in ſumptus deputandas.Tibi eq
dem nihil ſuccenſeo q mentem meam conſiliūque detexeris: quippe id potius
beniuolentia Ciuitatis q̄ mei odio detexiſti:ac præterea q ignorares cuiuſmodi
ego Rex futurus eſſem:qui iuſti rectique tenax abs te factū ſcio:id enim ſi didi/
ciſſes æquo aīo & conatus meos forte toleraſſes:& te fugæ haudquaquam com
miſiſſes.Redi igitur domum plena fide mihi & iniurato credens nihil ingratū
paſſurum a piſiſtrato Solonē. Noſti enim neminem etiā ex inimicorꝫ numero
mali quippiā a me perpeſſum.Denique ſi placuerit frui noſtra amicitia:īter pri/
mos eris.Nihil enim in te fraudis infidelitatiſque conſpicio.q ſi aliter habitare
athenis nolueris:pro arbitrio tuo id facies:tātū ne noſtri gratia patria excideris:
Vale.Hæc Piſiſtratus.Solon aūt humanæ uitæ terminū.lxx.annos eſſe ait.Vide
tur autē id præclare ſtatuiſſe ſi quis parentes nō euutrierit:is ignobilis & obſcu/
rus eſto:ſimiliter & qui patrimonii uerſuram fecerit:is itē ſectatum ociū oībus
accuſare uolentibus obnoxius eſto.Porro Lyſias in oratione quam cōtra Niciā
ſcripſit:Draconē aſſerit eam ſcripſiſſe legē:Solonemque tuliſſe:eū item q neqtie-

ac flagitiis inſignis eſſet tribunali publiciſqꝫ ſuggeſtis arcendum ſtatuit. Athletá/
rum quoqꝫ preæmia caſtigata moderatione correxit:& ei quidem qui in olym
pia uiciſſet quigentas dragmas: qui uero in iſthmia ei dari centum cõſtituit:ea
demqꝫ rõne in certaminibus cæteris. Eſſe enim incongruum hniuſmodi hono
res modum deſiderare: ſolúmodo eos qui in præliis occubuiſſent premiis eſſe
illuſtrandos:quorum filios publice nutriendos erudiendoſqꝫ præcepit. Quo ſa
ne animati ſinguli fortiter ac ſtrenue ĩ bellis dimicabant:ſic polyzelus: ſic cynæ
girus:ſic callimachus:ſic omnes qui in Marathonis expeditione pugnauerunt:
ſic præterea Armodius:Ariſtogitõ:Miltiades:innumerabileſqꝫ alii. Hi uero dũ
exercentur nimium præcioſi ſumptuoſiqꝫ athletæ:Et dum uincũt reipu. detri/
mento ſunt:& cõtra patriam magis q̄ aduerſus prouocatores coronantur:ac iu
xta Euripidem cũ ſenuerint palliis conſumptis perit trama. Id preuidens Solon
eos modice accepit. Præclare & illud ſtatuit:curatorem cũ pupillorũ matre non
inhabitare: cauitqꝫ ne is fieret curator:ad quem poſt pupillorum obitũ ſubſtã/
tia ſpectaret. Illud item nõ licere anulario:uenditi anuli ſeruare ſigillũ:& qui al/
teri unum oculum eruerit ei ambos erui debere:& que non poſuiſti:ne tollas. ſi
quis ſecus faxit capitale eſto. principem ſi ebrius deprehenſus eſſet morte mul/
ctandum. Homeri poemata ut ordine reſarcirentur ſcripſit:ut eſſet uerſuũ ſen/
ſuũqꝫ conſequẽtia. Magis ergo Solon q̄ piſiſtratus homerum illuſtrauit:ut ĩ qn/
to Megaricorum dieuchidas ait. Primus aũt trigeſimã diẽ menſis ενην και νεαν
appellauit:nouemqꝫ principum numerũ ad ſententias dicendas prior inſtituit
ut Apollodorus in ſecũdo de legiſlatoribus refert. Seditione aũt inter urbanos
agreſteſqꝫ ac maritimos exorta: neutrarum ſe partiũ fecit. Aiebat ſermonẽ eſſe
effigiem operis:Regem:qui eſſet fortiſſimus uiribus. leges araneaꝝ telis dicebat
eſſe ſimillimas, illis quippe ſi quid leue & imbecillum inciderit:inuolui ab eis at
qꝫ contegi. Si quid maius aut grauius perrũpi ac perire. Sermonẽ quidem ſilen/
tio:ſilentium uero tempore ſignari dicebat. Qui apud tyrãnos poſſent: eos cal/
culis quibus ĩ componendis rõnibus utimur comparare conſueuerat. ut enim
illi interdũ maiorem numerum interdum minorem ſignificant: ita & Tyran/
nos hoꝝ quenqꝫ ꝓut libitum fuerit:aliquando illuſtrẽ & inclytũ:aliquãdo ob/
ſcurum habere & ignobilem. Interrogatus cuius rei gratia contra parricidã le/
gem non tuliſſet:qꝫ deſperaſſet ait hoc ſcelus:quopacto item homines minime
humana iura uiolarent:ſi ſic doleant & afficiantur qui iniuriis non laceſſunt:ut
qui laceſſuntur:ſatietatẽ ex diuitiis naſci:& ex ſatietate contumelias gigni. Athe
nienſes uero ut dies ſecũdum lunæ curſum agerent monuit. Theſpim tragœdi/
as docere ꝓhibuit:inutilem eas falſiloquentiã uocans:ubi ergo ſeipſum piſiſtra
tus conſternauit:inde ait iſta pullularunt. Sunt autẽ eius monita quibus conſu
lere ſolebat hominibus:ut ait apollodorus in libro de philoſophorum ſectis:hu
iuſmodi uirtutẽ atqꝫ ꝓbitatem iuramento fideliorem cenſe:mentiri noli: præ
clara ſtudioſe meditare:amicos cito noli acqrere:Quos aũt acquiſieris reproba
re caue. Tunc rege cũ primũ didiceris regi:cõſule nõ quæ ſuauiſſima:ſed quæ ſũt
optima:aĩum ac rationem ducẽ ſequere. Noli malis congredi, deos honora:pa/

rentes reuerere. Fertur & mimnermum increpaſſe cum ſcripſerit. lx. annum fa/talem eſſe: monuiſſeq; ut octogeſimum ſcriberet.

Sexdenos poſſunt annos deprendere fata.
  Et morbi curæ ſint procul atq; graues
At mihi ſi quiſq́ ſit par hunc tolle: tuiq;
  Si dixi ſimilem ſit procul inuidia.
Aſſereq; huc uicos huc te iuuet edere cantus:
  Octoginta annos prendere fata queunt.

Sunt item quæ metro celebrantur eius præcepta in hunc ſenſum.

  Ne forte qui tegant quod intus habebunt:
  Dum uoce te loquuntur ac tenent blanda
  Odium. memento ſingulos probe ſerues
  Ne lingua duplex ex atra ſonet mente.

Caute ſingulos obſerua: ne forte odiũ ĩ corde tegãt dũ blãda & arridẽti facie te alloquunť. Duplexq; illis lĩgua atra ex mẽte ſonet. Cõſtat eũ ſcripſiſſe leges: conciones quoq; & in ſe ipſum monita elegia. De Salamina item athenienſiumq; repu. ad quinq; mlia uerſuum Iambos quoq; & Epodos. Porro ipſius imagini in hũc ſenſum Epigramma ſcriptum eſt.

Quæ dudum rabidas medorum propulit iras:
Legiferum Solona pulchra tenet Salamis.

Floruit maxime circa q̃ddrageſimã & ſextã olympiadẽ: cuius tertio anno prĩceps Athenienſiũ fuit: ut ait Soſicrates: quo etiã tp̃e leges eis dedit. Obiit aũt in cypro ætatis ſuæ ãno octogeſimo: hoc ſuis mãdãs ut Salaminã eius oſſa trãſferrẽt: atq; ĩ cinerẽ ſoluta p ꝓuiciã diſſeminarẽt: quocirca & cratinus ĩ deterioribus ip̃m ita loquentẽ facit: habito hãc ĩſulã: ut q̃dẽ fama eſt hominũ ſeminatus per oẽm aiacis urbẽ. Extat de illo & nr̃m epigrãma in epigrãmatũ libro: ubi & de ſapiẽtibus omnibus & doctrina præſtantibus uiris omni genere metrorum loquor.

Cypria defunctum cremauit flamma ſolonem.
  Sed diſperſa agris oſſa tenet Salamis.
Pulchre uexerunt animam ſuper æthera currus.
  Hic leges curas condidit ante leues.

Aiũt & hãc ipſius fuiſſe ſnĩam. Nihil nimis: ip̃mq; refert dioſcorides ĩ cõmẽtariis cũ lachrymareť ac lugeret defũctũ filiũ: diceretur q; ſibi a quodã at nihil ꝓficis: reſpõdiſſe at pp hoc ip̃m illachrymor q̃a nihil ꝓficio: ferũť & iſtæ illius epiſtolæ.

Solon periandro.

SCribis tibi plurimos inſidiari. At tu ſi q̃dẽ oẽs e medio tuleris ne ſic q̃dẽ ꝓficies: ĩſidiabiť. n. tibi q̃ſpiã ex his & quos minime ſuſpectos hẽs: parti ſibi q̃dẽ metuẽs: parti te rep̃hẽdẽs ꝙ oĩa formides nihilq; nõ metuas: parti itẽ ciuitati gratificari cupiẽs. Eſſet ergo optimũ abſtiere Tyrannide: ut cauſas omnis metus euaderes. ꝙ ſi tyrannidi inſiſtendum cenſes cõpares neceſſe eſt tibi externas uires: & peregrina auxilia urbanis uiribus maiora ut iam tibi nullus infeſtus ſit: & tu neminem extorrem agas. Vale.

Solon epimenidi.

NEq; leges meæ profecto Athenienſibus profuturæ multũ erant:neq; tu eis antiquatis ciuitati ulli fuiſti emolumẽto.Deus enim ac latores legum nõ ſoli iuuare ciuitates poſſunt:ſed q multitudinẽ agunt ĩ quãcũq; ſniam uolũt.Hi enim ſi recte rem adminiſtrẽt: deus ac leges utiles ſũt: ſin aũt male:nihil proſunt:neq; ſane meæ leges ac iura quæ ſcripſi quicq̃ ꝓfuerunt:ſed qui illas tranſgreſſi ſunt magna reip.ĩuexere detrimenta:q piſiſtrato ne tyrannidem inuaderet nõ obſtiterunt:neq; uero futura prædicenti mihi fides habebať.Illeq; fidelior eſtimabatur athenienſibus blandiens q̃ ego uera proloquens.Poſitis igitur armis pro curia his quidẽ qui piſiſtratum geſtire tyrannidẽ nõ animaduerterunt:ſapientiorem:eis uero qui libertatem reip.aſſerere metuerent fortiorem eſſe me dixi.Qui tamẽ Solonis ueſaniã reprehendebant. tandẽ ita patriam cõteſtatus exceſſi.O patria hic quidem Solon tibi opem ferre & facto & dicto promptus & paratus eſt.Cæteꝝ hiſce & ĩſanire uideor:itaq; te deſerta ꝓficiſcor ſolus ex oĩbus piſiſtrati inimicus.Iſti quippe illi & fauere & obſequi parati ſunt.Noſti enim ꝓfecto hoĩem amice quãto ille aſtu:quo ingenio: qua arte tyrannidem inuaſerit:nam cæpit qdem blande plæbẽ illicere:deinde ſibi etiã uulnera inflixit:ac ꝓgreſſus in publicũ:eaq; ſe ab hoſtibus accepiſſe uociferans orabat q̃dringentos robuſtiſſimos iuuenes ſibi cuſtodes darẽt. At illi me quidẽ reluctante & reclamante uiros præbuerunt.Erant aũt hi armati ualidis fuſtibꝫ his itaq; ſtipatus ſtatũ reip:euertit:dũq; illi ſpe ĩani pauperes ne ſub mercede ſeruirẽt ſe liberare ſtudẽt:oẽs una ſub iugũ miſſi ſũt:uniq; ſeruiũt piſiſtrato.

Solon piſiſtrato.

CRedo equidẽ nihil me abs te paſſurum mali:nã ante tyrãnidẽ tibi amicus eram:ne nũc quidẽ magis infenſus q̃ alius quilibet Atheni enſium:qui tyrannidem nõ ament.ſiue aũt unius ĩperio regi: ſiue publice rem adminiſtrari illis utilius ſit:ex ſua quiſq; ſnia ſtatuat. Certe tyrãnoꝝ te oĩum eẽ præſtantiſſimũ fateor.Athenas aũt redire mihi utile nõ eſſe cognoſco:ne quis me iuſte reprehẽdat:ſi qui Athenienſibus dudũ rem publicam ex æquo adminiſtrãdã tradiderã:præſenſq; oblatam mihi tyrãnidẽ ſponte declinauerã:modo rediens factũ tuũ ſubita pænitẽtia ꝓbare uidear.

Solon Crœſo.

AMplector mirifice tuam ĩ nos beniuolentiã:& ꝑ deos ĩmortales niſi apud me iampridẽ ſtatuiſſem ibi ſedẽ habere:ubi reſp.ſit libera: mallẽ apud te ĩ tuo regno uitã:q̃ athenis ducere:uiolẽter tyrãnidẽ exercẽte piſiſtrato.ueꝝ gratius illic exĩſtituto nr̃o uiuimus:ubi ſũt oĩbus æq̃ & cõmunia iura.ueniã tame ad te:ut tuo uel hoſpitio tãtiſꝑ fruar.

Chilo lacedæmonius.

CHilo lacedæmonius patre Damageto fuit. Hic ſcripſit elegiã uerſus ferme ad ducentos.dicebat aũt futuroꝝ ꝓuidentiã rõne comprehendi poſſe ꝑ uirtute uiri.Indignãti fratri q; Ephorus ipſe non fieret cũ ille fuiſſet:ego inq̃t pati iniurias ſcio:nõ tu: fuit aũt Epho

rus circa q̄nquageſimā & quintā olympiadem.Porro pamphila circa ſextā ait: Primūq; ephoꝝ fuiſſe ſub euthydemo auctore Soſicrate:primūq; inſtituiſſe ut ephori regibus adiūgerentur.Satyrus lycurgū dixit. Hic ut herodotus ī primo hiſtoriaꝝ libro refert:Hippocrati in olympia ſacrificanti cū feruere abſq; ignis adminiculo lebetes cepiſſent:cōſuluit aut ꝑſiſtere celibē: uel ſi duxiſſet uxorem dimitteret: filioſq; necaret. fert & æſopū īterrogaſſe q̄dnā faceret iuppiter:illū-q; reſpōdiſſe excelſa hūiliat:& humilia extollit.Rogatus quo differūt periti ab ī-peritis:bona īq̄t ſpe.q̄d ſit difficile:arcana inq̄t reticere: & ociū recte diſponere:ī iuriaſq; tolerare poſſe.præcipiebat & hæc:linguā ſemꝑ q̄dē ſed in conuiuio præ ſerti cōtinēdā:ꝓximo nō maledicendū:alioquī audituros quæ nos mœrore cō ficiant.Nemini intētandas minas:eē enī muliebre:prōptius ad amicoꝝ aduer-ſos caſus q̄ ad ſecūdos ſucceſſus accurrendū:uxorē humilē apparatu modico du cendā:mortuo nō maledicēdū:honorandā ſenectutē:obſeruandū ſeipſū: dānū potius q̄ turpe lucꝝ eligendū:id q̄ppe ſemel tantū angere hoc ſemꝑ: elato ſecun dis rebus nō arridendū.fortē manſuetū eſſe oportere:ut ꝓximi nō tā metuant: q̄ uereant.Diſcendū domui ſuæ rite preæeē:linguā præire aīo nō ꝑmittēdā: ſupandā iracundiā:diuinationē nō execrādā:īpoſſibilia nō appetēda: ī uia nō fe-ſtinandū:inter loquēdū nō agitandā manū:eſſe enī uæcordiū:obtēperandū legi bus:q̄etem adamandā:īter cæteras eius ſnīas hæc maxime placuit q̄ dixerat la-pideis cotibꝫ auꝝ examīari:& dare aptū ſui documētū.Auro aūt bonoꝝ malo rūq; hoīum mentē cuiuſmodi ſit cōprobari:Aiūt illū cū iā eēt uetulus dixiſſe ſi bi nihil eē cōſciū in tota uita ingrate feciſſe:una tamē re ſe modice moueri:ꝙ cū ſemel inter amicos illi iudicandū eēt:neq; contra ius agere aliq̄d uellet:ꝑſuaſerit amico iudiciū a ſe ꝓuocare:ut ſic utrunq;:legem ſcilicet amicūq; ſeruaret.maxī ma gloria præcipue apud grecos fuit ꝙ de Cytheris inſula laconiæ prædixerit. Nā cū illius naturā ſitumq; didiciſſet:utinā inq̄t hæc nūq̄ fuiſſet:aut certe ſimul ac uiſa ē ſubmerſa eſſet: præclare ſane ac rite præuidit.Demaratus enim lacedæ mone fugiēs Xerxi cōſuluerat in ea inſula naues cōtinere:& ꝓfecto ī ditionē ho-ſtiū ueniſſet græcia ſi id regi ꝑſuaſiſſet.Poſtmodū uero Nicias bello pelopēneſia co euerſa īſula:præſidiū illic atheniēſiū ſtatuit lacedæmonioſq; multis cladibus afflixit.erat in loquēdo breuis:atq; ob eam rē Ariſtagoras mileſius hūc loquē-di morē Chiloniū appellat.Senuerat iā circa q̄nquageſimā & primā olympiadē quo t̄pe uigebat Aeſopus orator.Obiit aūt ut Hermippus ait piſæ:amplexus at que oſculatus filiū ꝙ ī olympia fuiſſet coronatus.Defunctū aſſerunt in modica lætitia:& ſenii ībecilitate.Ipſique oēs qui ad celebritatē cōuenerant honorificē-tiſſime iuſta perſoluerūt:Eſt & in hūc noſtrum epigramma.

Phoſſore reddat polux tibi gratia:ꝙ fert
  Chilonis natus tēpora cincta pugil.
Serta uidens nati genitor ſi gaudia ſumat.
  Nō mihi ſic talis mors odioſa forer.

Ipius itē imagini īſcriptū elogiū primū ex ſeptē ſapiētibꝫ claruiſſe ſapīa teſtatur. Eius ē ea ſnīola:ſpōſiōi nō d̄eē iacturā:Breuis quoque epiſtola ip̄ius fert hmōi.

Chilo periandro ſalutem.

IVbes uti militia uacem:extorriſq; agam:quaſi tu in tuto futurus
ſis:atqui ego monarchæ uiro nec ſua tuta eſſe puto:fœlicemq; eũ
tyrannũ cẽſeo cui in ſua domo abſq; ſãguine cõtigerit mori.

Pittacus mithylenæus.

PIttac us mitylenæus hyrradio patre quem Thraca fuiſſe duris au
ctor eſt:hic una cũ Alcæi fratribus Melanchrum leſbi tyrannũ ꝓ
fligauit:Et cũ de agri Achillitidis poſſeſſione inter Athenienſes &
mitylenæos armis decerneretur:Imperator ipe exercitus cũ phri
none athenienſium duce q & pancratiaſtes & olympionices fue/
rat ſingulari certamine pugnare inſtituit.Ræte igitur clypeo tegẽs phrynonem
eo dumnõ cauet inuoluit:ipſoq; perempto agrum ſeruauit.poſtmodum uero
athenienſes diſceptaſſe cum mitylenæis de poſſeſſione agri:ipſumq; a Periãdro
controuerſiæ iudice atheniẽſibus adiudicatũ tradit Apollodorusin Chronicis.
tunc igitur pittacum in ſummo honore mitylenenſes habuere:eiq; principatũ
tradiderunt:quem ille cum decem ãnis tenuiſſet & remp. præclaris ordinibus
conſtituiſſet:ſeipſum ſponte magiſtratu abdicauit.Decem inde alios ſuperuixit
annos:agrumque ſibi a mytilenæis traditum ſacrauit:qui nũc pittacus dicitur.
Porro ſoſicrates partem ipſius abſcidiſſe:dimidiũque plus totodixiſſe teſtatur.
Sed & cræſo pecunias ad ſe mittente ſuſcipere noluit duplo plura q̃ uellet ſe ha/
bere conteſtans.Defuncto enim fratre ſine liberis hæreditatem ad ſe pertinere.
Pamphila aũt ĩ ſecũdo cõmentarioꝝ tyrrhæũ refert ipſius filium cũ ſederet ĩ tõ
ſtrina cumis:iniecta ſecuri ab ærario fuiſſe necatum.A cumanis uero uictũ ho/
micidã ad pittacũ miſſum:atque ab eo pœna fuiſſe abſolutũ dicente cũ rem co
gnouiſſet indulgentiam pœnitẽtie eſſe præferẽdam.Heraclitus aũt Alcæum aſ
ſerit habuiſſe captiuum:liberũque dimiſiſſe:ueniãque ſupplicio meliorem dixiſ
ſe.ebrios cum peccarent duplici incõmodo afficiendos per leges ſtatuit ut caue
rent temulentiam:abũdat quippe uino ĩſula.Ferunt eius iſtæ ſententiæ.Perdiſ
ficile eſt bonum eſſe:cuius uerſiculi & ſimonides meminit.Plato item ĩ ꝓtago
ra:neceſſitati nec deos reluctari:principatum uiros declarare.Interrogatus ali/
quãdo qd eſſet optimũ:quod ĩpreſentiarum inqt occurrit bene agere. A crœſo
itẽ rogatus quodnã eẽt maximũ ĩperiũ? ligni inqt uarii legẽ.ſ.ſignãs.Dicebat au
tem & uictorias ſine ſanguine acqri:Phocaico itẽ dicenti quærendũ eẽ ſtudioſũ
ac frugi uirum:etiã ſi ualde inqt quæſieris nõ inuenies.Percũtantibus quidnã
eẽt gratificũ? tẽpus ait:quid obſcuꝝ? futuroꝝ euentus ĩquit:quid fidele? terra:
quid cõtra infidum? mare ĩquit.Dicebat prudentiũ uirorũ eẽ: prius q̃ aduerſa
cõtingãt:ꝓuidere ne ueniant:fortiũ uero cũ illa cõtigerint : æquo animo ferre.
Quod ĩquit facere intẽdis noli prædicare:nã ſi facere nequeris:rideberis.infœli/
citatẽ nemini ĩpropaueris:ne iuſte querimoniæ pateas.Depoſitũ cũ accepis:red
de.Amico noli maledicere:ne inimico qdẽ:pietatẽ colas: frugi eſto : pudicitiam
ama:ueritati ſtude:fidẽ:peritiã:dexteritatẽ:ſodalitiũ diligẽtiãque cuſtodi. Quæ
uero cecinit:maxime probant:Hæc ſũt ſũpto arcu & iaculis ſagittiferaque pha/

retra ĩpetendũ hoĩem nequaquã: Nã ſidũ nihil lingua loqui præualet: dũ cordi duplex alte iſedit ſenſus. fecit itẽ ad ſexcentos elegios uerſus & carptim de legibꝫ ad ciues. floruit maxime circa. xlii. olympiadẽ: mortuus eſt aũt ſub Ariſtomene tertio anno. li. Olympiadis: cũ uixiſſet annos pluſq̃. lxx. ſenio cõfectus: ſepultũq; in leſbo mauſoleo ipſius inſcriptum epigrãma ſignat.

Condidit hoc tumulo lachrymis te pittace leſbos
  Sacra ſuis: obitu languida facta tuo.

Eſt eius illa ſentẽtiola: tempus noſce. fuit & alter pittacus legifer: cuius & fauori/nius ĩ primo cõmentarioꝝ: & demetrius in æquiuocis meminit: q & minor appellatus eſt. Fertur aũt ſapiens ille cũ ab atarnete adoleſcente cõpelleref: ut mo/neret utra ſibi ducenda eſſet uxor: duas quippe ſe expetere: alterã quidẽ opibus ſibi & genere parem: alterã utraq; in re excellentẽ: bacillo ſenũ adminiculo elato admonuiſſe: ꝑgeret ad triuiũ ciuitatis: quo ludendi cauſa pueri cõueniunt: eoſq; cõſuleret q̃d facto opus eẽt: ſequereturq; illoꝝ monita. Sicq; factũ eſſe: Adoleſcẽtemq; illum puerorum uocibus admonitũ æqualem ſibi duxiſſe. id factũ calli/machus ĩ epigrammatibus uenuſtiſſime ſcribit.

Hoſpes atarnites rogitauit pittacon olim:
  Sic mytileneum hyrradioq; ſatum.
Magne ſenex geminæ cupiunt mihi nubere: quarum
  Et genere atq; opibus cõuenit una mihi.
Altera præcellit: quid præſtat conſule: dicq;:
  Vtra ex his potius ſit capienda mihi.
Hic baculum tollens ſic tela ſenilia dixit.
  Conſilium pueri quod petis expedient:
Quis celer in gyrum iactatus uerbere turbo
  Aſſiduo latis uertitur in triuiis.
I: ſequere illorum monitus. ſic fatur ut ille
  Scitatur. referunt: tu tibi ſume parem.
Quæ poſtq̃ audiuit monitis puerilibus hærens:
  A magnis hoſpes abſtinuit thalamis.
Atq; parẽ paruas lætus traduxit ĩ ædes.
  Sic dion æqualem ſi ſapis ipſe cape.

Dionẽq; iridẽ admonet facere: parẽ. ſ. eligere: u idef autem ex affectu iſta dixiſſe. Quippe nobiliorem ipſe duxerat Draconis. ſ. penthili filii ſororẽ quæ illi ĩmo/dice ſupba erat. Hũc alcæus Sarpodẽ & ſarapũ uocat q̇ latos pedes traheret: cheropadẽ aũt q̇ uulnera in pedibus hẽret: quæ chœrades appellanf. gabricũ q̇ fruſtra ĩtumeſceret: phyſconẽ uero & gaſtronẽ q pigui eſſet aq̃liculo: zophodorpiden quoq; q̇ obtuſã haberet oculoꝝ aciẽ. Agaiyrtũ uero q̇ obtrectatoribus pa/teret & ſordidus eẽt. Huic exercitiũ fuit molẽdi tritici: ut Clearchus philoſophꝰ teſtaf. ẽ aũt eius breuis epiſtola hmõi: Pittacus Crœſo. Iubes me ĩ Lydiã uenire ĩſpectatuꝝ opes tuas. Ego & ſi illas minime aſpexi: nihil ambigo Alyattis filium regũ oĩum eẽ opulẽtiſſimũ auroq; refertiſſimũ: neque uero ãplius qcq̃ habituri

ſumus:ſi ſardis ad te acceſſerimus. Auro.n.ipſi non indigemus contenti modico uitæ ſtipēdio:q̄tū ſatis ſit mihi & amicis. Veniā tamē ut tibi ꝑhumano & hoſpitali uiro familiaris efficiar. Vale.

Bias prienæus.

Biāti prienæo pr̄ fuit Teutamus:hūc Satyrus ſeptē reliqs prætulit:fuiſſe opulētū plæriq; autumāt. Duris aduenā fuiſſe teſtaẗ. Phanodicus uero captiuas eū puellas redimiſſe meſſenias:ſibiq; in filias nutriſſe:ac poſtmodū adiectis dotibus meſſenā parētibus illas remiſiſſe. Breui poſt tpe iūeto ut diximus a piſcatoribꝫ aureo tripode:cui erat īſcriptū ſapiēti:Satyrus qdē puellas:alii uero ex qbus phanodicus ē:illaꝝ patrē ī cōtionē ueniſſe ait:Biātēq; expoſitis quæ ī ſe egiſſet appellaſſe ſapiētē:ſicq; tripoda ad eū miſſū:eo cōſpecto dixiſſe biātē Apollinē eē ſapiētē:neq; illū admiſiſſe: alii thebis herculi ſacraſſe referūt ꝙ eēt prienæ thebanoꝝ colonia phanodico idipm aſſerēte. Ferẗ cū ab Alyatte priene ipius pr̄ia obſidereẗ:Biātē ex īduſtria duos ſaginaſſe mulos:eoſq; ī caſtra īpuliſſe:eis cōſpectis obſtupuiſſe regem:ꝙ bruta quoq; aīalia largas obſeſſoꝝ copias præſerrēt:ac de ſoluēda obſidione cogitātem explorādi gr̄a nūciū ī urbē dimiſiſſe:Biātē cōſilio regis explorato magnos arenæ aceruos tritico ꝍuiſſe hoīq; oſtēdiſſe: eo agnito regē cū prienēſibus pacē ꝑcuſſiſſe:ex cōtinēti regē Biāti ut ad ſe ꝑgeret mādaſſe:illūq; dixiſſe:eqdē rex cæpas edere æque ac flere iubeo. Ferẗ & ī cauſis orādis ſūmus atq; acutiſſimus fuiſſe. Bonā tamē ī ꝑtē dicēdi uim exercere ſolitū:Idq; d̄modicū aleriū ſignificaſſe:cū diceret: Oratori prienæā cām eſſe imitādā Hipponactēq; ſilr̄:q dū laudare quēpiā ſūmæ ītegritatis uellet:eū biāte priēſe ait cās egiſſe præſtātius. Moriẗ & ipe ī hūc modū. cām ꝓ amico dixerat iā uetulus:& cū a dicēdi labore qeuiſſet:caput īſinibus nepotis filii.ſ.filiæ feſſus reclinauit. Cū uero aduerſarius itē ꝑoraſſet:iudiceſq; ſententiam pro eo dixiſſent qui cauſæ ſuæ Biantem habuerat patronum:ſoluto iudicio:Nepotis in gremio efflauiſſe animam compertus eſt:ipſumque magnifice ſepeliuit Ciuitas:atque eius laudes tumulo inſcripſit.

Petra prienæum tegit hic commiſſa biantem:
  Ornamentum ingens qui fuit ioniis.
Eſt & noſtrum.
Petra bianta tegit ſtygias pyllenius undas:
  Quem duxit niueum tempora canicie.
Perpetuam noctem pueri dormiuit in ulnis:
  Dixerat ut ſocii credita iura ſibi.

Scripſit āt de Ionia ad duo milia uerſus:quo.ſ.mō fœlix eē poſſet. placuerūt eius iſtæ īprimis ſn̄iæ:Ciuibus placere oībus ſtude:habet.n.id multū gr̄æ:Cōtra uero faſtus ac ſuꝑbia ſemꝑ nocuit:& illud corpore qdē eē ualidū naturæ munus ē. Porro quæ utilia ſint pr̄iæ dicere animi ac prudētiæ ꝓpriū:pecuniaꝝ aūt copiā plurimis etiā forte obueniſſe:īfœlicē dicebat q ferre neqret īfœlicitatē:Morbūq; aīæ īpoſſibilia amare & appetere:& aliena icōmoda non meminiſſe. iterrogatus qdnā eēt difficile? ferre inqt fortiter mutationē ī deterius reꝝ. nauigabat cū ipiis aliquādo:& cū tota tēpeſtate nauis q̄tereẗ fluctibus:illiq; deos īuocarēt:ſilete in/

quit ne uos hinc illi nauigare ſentiāt.ꝑcuntanti ipio homini quid pietas? nihil reſpōdit:cūq; ille ſilētii cām ſciſcitaret:qa inqt de rebus nihil ad te ꝑtinētibus quæris.rogatus qd eēt dulce hoībus? ſpes ait.Malle ſe īter inimicos: ꝗ inter amicos iudicare dicebat:Quippe ex amicis alterꝝ ꝓrſus futurꝝ inimicū:ex inimicis aūt alterꝝ amicū.forte īterrogatus qdnā faciēs hō delectaret? lucrās inqt.dicebat uitæ tp̄s ita metiēdū:ꝗſi & diu & parꝝ uicturi ſimus:ita amādū ꝗſi odio ſimus habituri:malos.n.eē quāplurimos.Sic aūt cōſulebat:Quodcūq; agere īſtituis:cūctabūdus ac deliberabūdus arripe:Cæterꝝ in eo quod elegeris firmiter ꝑſiſte.noli cito loqui:eſt.n.īſaniæ iudiciū.prudētiā dilige.De diis ita ut ſunt loquere.Indignū hominē diuitiarꝝ gratia laudare noli:perſuadēs accipe non cogēs.Quodcūq; boni egeris ad Deos refer.uiaticū tibi ab adoleſcētia ad ſenectutē ſapiētiā compara:ea quippe ſola eſt certa ueraq; poſſeſſio.meminit Biātis ut diximus etiā Hipponax: & īgratus Heraclitus ipſum præcipue cōmēdat his uerbis.priene oppidū Biātē tulit Teutami filiū:cuius ē opinio illuſtrior ꝗ cæterorꝝ:Et prienæi ſacellū ipſi dedicarūt:qđ teutoniū dicit.eius ē ſnīa plures mali ſūt.

Cleobulus.

CLeobulus Euagoræ filius ex lindo ſiue ut duris auctor eſt ex caria fuit:eius genus plæriq; ad herculē referūt:Corporis uiribus ac ſpē fuiſſe īſignē:ægyptūq; ꝑcipiēdæ philoſophiæ gr̄a petiiſſe tradunt. Natāq; illi filiā Cleobulinā hexametrorꝝ enigmatū uatē:Cuius & Cratinus meminit in eiuſdē nois poemate plurali īſcribēs numero:ſed & mineruæ phanū a danao cōſtructū illum īſtauraſſe aiūt. Scripſit āt carmina obſcuraſq; ſnīas ad tria milia uerſuū.Midæ quoq; mauſoleo īſcriptū Epigrāma ab eo factū:nō deſunt qui ſentiāt ærea ſum uirgo & cætera.

Aenea uirgo midæ celebri ſum nixa ſepulchro.
Alluit unda fluens & plurima germinat arbos.
Phœbus at exoriens & ſplendida luna refulget.
Flumina labuntur placidæ de montibus undæ
Littora commiſcent:defleto hic marmore multum
Fulcta:midam moneo qui præterit eſſe ſepultum.

Innituntur autem Simonidis teſtimonio:qui uituperare uidetur cur tantas laudes in eius ſtatuam tanto uerborum ſtrepitu congeſſerit: ut eā indeficientibus omnibus uernis floribus:ſoliſque flammis:& auræ lunæ & æquoreis undis cōparauerit:ipſumque Cleobulum aperte fatuum appellabat.

Quis lindium cleobulon efferret laudans?
Fluminibus & uernis roſis obicientem
Flammæque ſolis aureæque lunæ
Mariſque uorticibus columnas & robur.
Infra ſunt quoniam cuncta cæleſtes diuos.
Lapides enim mortalium manus frangunt.
Hoc nempe conſilium uiri eſt parum ſani.

Vnde conſtat Homeri illud non eſſe:qui multis annis Midā præceſſit ut aiunt. Fertur in commentariis pamphilæ ipſius huiuſmodi enigma.

Eſt unus genitor:nati bona pignora bis ſex.
Triginta cuiuis natæ:ſed diſpare forma.
Hæ niueæ aſpectu:nigræque coloribus illæ:
Atque immortales omnes moriuntur ad unam.

Vnus pater eſt.iſq; duodecim filios habet. eorũ ſingulis.xxx.ſunt filiæ:pulchra ſpecie & uaria:aliæ nãq; ſunt cãdidæ:aliæ nigræ:ĩmortales uero ſũt:& moriunt̃ oẽs:eſt aũt annus.Sunt & iſtæ ex ſentẽtiis illius celebres eritia in hoĩbus maiori ex parte dominat̃: & multitudo uerborũ.Sed tp̃s ſufficiet:ſentire atq; ſapere illuſtre aliqd & ĩclytũ ſtude inanis.Et ĩgratus ne ſis:filias nuptui locari oportere ætate uirgines: ſed prudẽtia & ſenſu mulieres:docẽs per id uirgines quoq; eru-diẽdas eẽ:dicebat amicos beneficiis fouẽdos ut amiciores ſint.inimicos aũt amicos faciẽdos.Cauẽdã.n.uituperationẽ amicoꝝ:ĩſidiaſq; inimicoꝝ fugiẽdas.Illud itẽ anteq̃ domo qs exeat:quid acturus ſit apud ſe ꝓtractet.Rurſus cum redierit: quid egerit recogitet:cõſulebatq; corpus rite exercẽdũ:audiẽdi magis q̃ loquẽdi ſtudioſum eſſe oportere:ĩtentũ ſtudiis potius q̃ ĩperitũ:linguã habere laudabilẽ: ꝓpriũ uirtutis eſſe alienũ a uitio:iniuſtitiã fugere:ciuitati ea cõſulẽda quæ ſunt optima:uoluptatẽ frenãdã:ui nihil agẽdũ:erudiẽdos liberos:inimicitias ſoluẽdaſ cũ muliere neq; blãdiciis agẽdũ:neq; præſentibus extraneis iurgandũ.Illud qppe uecordiã:iſtud ueſaniã ſignificare.famulũ uino hilarẽ nõ puniendũ:uideri enim id demẽtis eſſe:uxorẽ ſibi parẽ eligẽdã.Nã ſi clariorẽ te duxeris ĩquit:affines do-minos habebis:iurgãtibus non ĩſultãdũ:inimicos quippe ex ea irriſione fieri:dũ ſecũda fortuna arridet ſuperbire noli:aduerſa perſtrepente noli frangi:fortunæ mutationes fortiter perferre diſce.obiit ſenex annoꝝ.lxx.eiuſq; laudes tumulo ĩſcriptũ epigrãma cõtinet.Scripſit & ipſe breuẽ epiſtolã Soloni ſic.Cleobulus Soloni.Amici qdẽ tibi ſũt ꝑmulti:ſinguliſq; domus eſt:ueꝝ ego Soloni cõmodiſſimã fore ad ĩhabitãdũ lindũ cẽleo ciuitatem.ſ.liberã.Eſtq; inſula maritima ubi ſi morari uolueris nihil a piſiſtrato mali formidabis:atq; ad te amici undiq; cõfluent.Vale.

## Periander.

PEriandro corinthio cypſelus pater fuit:ex heraclidaꝝ gente:uxo-rem aũt lyſidẽ duxit:quã ipſe Meliſſam appellabat.Proclei epidau-renſium Tyrãni:& Euriſtheneæ Ariſtocratis filiæ:ſororiſque Ari-ſtodemi filiã:qui ut ait Heraclides põticus in libro de prĩcipatu to-tius ferme Arcadiæ dominabant̃:duoſque ex ea filios genuit Cy-pſelum ſcilicet & lycophronẽ:alteꝝ ex his iuniorẽ prudentẽ:maiorẽ natu ſtoli-dum.poſt aliquantũ tẽporis accenſus ira miſſam ſub gradibus prægnantẽ con-iugem calcibus percuſſit ac necauit:pelicũ obtẽperando calumniis:quas tamen poſtmodũ igne cremauit:puerũque lycophrona matri ploratu iuſta ſoluentem abdicauit:atque in corcyram agi præcepit.iam uero uicinus ſenio illum ut ei Tyrannidem per manus daret:ad ſe arceſſiri iuſſit.Eius explorato conſilio cercyrẽ-ſes iuuenem ĩteremerunt:hoc ille comperto furiis ſuccenſus eoꝝ liberos ad aly-attem abſcidẽdos miſit:Cum aũt nauis appropiquaſſet Samo:iunoni uota faci-entes a Samiis ſeruati ſunt:quod ille ubi didicit:mœrore confectus exceſſit e ui-

ta annos natus ferme.lxxx.Soſicrates eũ ante Crœſum obiſſe diem aſſerit.lx.& uno annis ante quadrageſimam & nonam olympiadem.Hũc herodotus in pri mo hiſtoriarum Thraſybuli mileſiorum Tyranni hoſpitẽ fuiſſe ait. Ariſtippus autem in primo de antiquis delitiis libro hæc de illo refert:matrem eius crateã illius amore feruentem & clam congredi ſolitam:illo non inuito tantoque fla/gitio acquieſcente:quod ubi agnitum eſt:dolens ſe fuiſſe deprehenſum:grauius iam ciuibus inſtabat.Porro Ephorus in hiſtoria uouiſſe illum tradit: ſi olym/pia quadriga uiciſſet:auream ſtatuam deo ſacraturum:uictoria uero potitum & auri inopem quadã celebritate populari mulieribus procedentibus ornatis:mũ dum ademiſſe muliebrem atque ita donarium miſiſſe aſſerunt.illũ cum ſepul/chrum ſuum ignorari uellet:tale quippiam molitum:duobus iuuenibus uiam quandam oſtendiſſe: ac iuſſiſſe noctu per illam incederent: eumque qui prior occurriſſet in erimerẽt ac ſepelirent:poſtque illos quattuor alios miſiſſe:qui eos necarent ac ſepulturæ traderent.Rurſus contra eos miſiſſe plures:itidemque ut facerent imperaſſe.ſicque ipſum primis obuium occiſum eſſe:enimuero Corin thii Cenotaphium illius uerſibus illuſtrarunt.

Et ſophia & nummis periandrum terra corinthus
 Præſtantem attæo continet Alma ſinu.

Noſtrum quoque in illum epigramma eſt.

Ne tibi iam doleat ſi non optata ſequaris.
 Omnibus at gaude quæ tribuere dei.
Mœſtitia ſtygias periander ceſſit ad umbras
 Quod non perfecit impia uota dolens.

Huius illud eſt.nihil pecuniarum gratia agẽdum.Oportere enim modo qui ho neſtus ſit nõ lucrari:ſcripſit & ὑποθηκας ad duo milia uerſuũ Dicebat his qui tuto regnare uellent:ſumma ope nitendũ ut beniuolẽtia non armis ſtiparẽtur. Rogatus aliquãdo cur in tyrãnide perſiſteret: quia inquit & ſpõte & inuitũ cede re æque periculoſum eſt.Dixit & hæc:bona quies eſt:ac piculoſa temeritas:tur/pe lucrũ:popularis dominatus tyrãnide præſtãtior eſt:uoluptates corruptibiles ſunt:honores ĩmortales.Inter ſecũdas res eſto moderatus:ĩter aduerſas prudẽs: amicis & fœlicibus & ĩfœlicibus eũdẽ te præbe.Quotcũque pollicitus fueris ſer ua:ĩter loquẽdũ caue ne ſecreta pnuncies:nõ peccãtes modo:ue℞ & peccare ge/ſtiẽtes puni.Primus hic armatis circũſeptus ĩceſſit:magiſtratũque ad tyrannidẽ trãſtulit:neque in urbe degere uolẽtes permittebat:ut ephorus & Ariſtoteles tra dunt.fuit aũt circa trigeſimam octauam olympiadem:exercuitque tyrannidem annos quadraginta.Porro Sotion atque Heraclides & Pamphilia in quinto cõ/mentariorum duos aiunt fuiſſe periandros:Tyrannum alterum:alterum uero ſapientem:eumque ampraciotem:hoc ipſum neanthes quoque Cyzicenus ait: patrueles ſibi inuicem fuiſſe:& quidem Ariſtoteles Corinthium aſſerit fuiſſe ſa pientem:Plato negat:ipſius & hoc eſt.exercitatio totum ualet.uoluit & iſthmũ quoque perfodere:feruntur duæ iſtius epiſtolæ huiuſmodi.

Periander Sapientibus.

g Rates multas ago Pythio apollini ꝙ in unum coactos epiſtolæ meæ repperūt:ipſæq; Corīhū ut confido pducent:expecto itaq; uos: certe ipſi uidebitis q̄ maxīe populariter cōgrediar.Sicut igitʳ āno præterito Sardis i lydiā ueniſtis:ita nūc oro ne pigeat ad me quoq; proficiſci Corinthi Tyrannū.Videbūt enī uos & grate qdem Corīthii periandri domū adeuntes.

Periander procleo.

NObis quidē nō ex ſnīa fuit uxoris ſcelus:tu aūt ſpōte filio īgrato ſi qd egeris iniurioſus es.Aut igitur īmanitatē in filiū cōpeſce: aut ego illi opem ferā:nā & ipſe ſatis diu pœnas dedit.

Thraſybulus Periādro.

PRæconi quidē tuo nihil diſſimulaui:ſed ipſū i ſegetē īducēs eminentiores ſpicas bacillo feriēs decutiebā ſubſequēte illo:tibiq; ſi interrogaueris referet quicqd uel uiderit uel audierit a me:& tu ergo ſic facito: Si qdē tyrānidem tuto tenere cupis atq; i ea roborari:Ciuitatis pricipes tolle:ſiue illi amici:ſiue inimici uideantʳ:qppe tyranno amici quoq; ſæpe ſuſpecti ſunt.

Anacharſis.

ANacharſis Scytha Gnuri quidem filius:Caduidi uero ſcytharꝝ regis frater:matre græca fuit:quamobrē duarꝝ quoq; līguarꝝ peritus erat ſcripſit aūt & de ſcytharꝝ legibꝰ:& de his quæ apud græcos legitima & ſolēnia ſunt ad caſtigatiorē ac uiliorē uictū:itemq; de re bellica ad nonīgentos uerſus.Præſtitit prouerbii occaſionē eo ꝙ eſſet audax & conſtās in dicēdo:ut q eius conſtātiam imitaretʳ:ſcythicū dicendi genus diceretʳ imitatus: Eū Soſicrates athēas cōceſſiſſe q̄drageſima & ſeptima olympiade ſub Eucrate pricipe tradidit.Porro Hermippus Solonis iuiſſe domū:& cuidā ex familia iuſſiſſe nūciaret ei anacharſim adeſſe p foribus:ut illius conſpectu & hoſpitio ſi fieri poſſet frueretʳ:puerꝝ ītus hæc nūciaſſe ſoloni:eiuſq; iuſſu hæc illi renūciaſſe:i ꝓpriis regionibus hoſpites fieri:Ad hæc introgreſſū dixiſſe Anacharſin:mō ſe eſſe ī patria:atq; ad ſe ptinere hoſpites facere:eam uiri dexteritatē admiratū Solonē continuo illū admiſiſſe & arctiſſimis amicitiæ uinculis ſibi deuixiſſe.Poſt aliquātulū tpis regreſſum ī ſcytbiā cum patrias leges īmutare uellet: græcaſq; toto adniſu niteretʳ īducere:in uenationis ſtudiis a fratre ſagitta pcuſſū interiſſe:dicentē ſermonis & diſciplinæ gratia ſe ex græcia ſeruatū: p inuidiā in domo & patria periſſe.Quidā græco ritu ſacrificantē occiſum tradūt.Eſt & noſtrum in illum epigramma:

Suadebat Scythicas errans anacharſis in oras
  Moribus hoc omnes uiuere cæcropidum.
Verba leuis nondum modulata ſub ore tenentem
  Hūc īmortales traxit arundo deos.

Huius illud dictū memoratʳ:uitē uuas tris ferre:primā uoluptatis:ſecūdā ebrietatis: tertiā mœroris.Mirari ſe dixit quomō apud græcos artifices certarēt:iudicarētq; q opifices nō eēnt.Rogatus quo pacto qs abſtemius fieret:ſi turpes inqt ebrioſorꝝ motus ſibi ante oculos ponat.Mirari itē dicebat qd ſit quāobrē græci

aduerſus eos:q̄ iniuriis laceſſunt legē ferētes: athletas cū ſeīuicē feriūt honorāt⁹ Cū didiciſſet q̄tuor digitos nauis eē craſſitudinē:tātū inqt morti ꝓpīqui ſunt q̄ nauigāt.Oleū uæſaniæ pharmacū dixit:ꝙ eo iuncti athletæ cōtra ſe īuicē magis īſaniant.Quō inqt q̄ mētiri uetant:ī cauponū tabernis apte mentiunť.Admirari dixit cur græci initio conuiuii paruis calicibus uterēť:ubi uero ſaturati eſſent maioribꝰ poculis biberēt. Inſcribiť aūt ipſius imaginibꝰ līgua uētre pudēdis cō/tinēdū ē.rogatus an īſcythia ſint tibiæ:ne uites qdē īqt.pcontāti quænā eēt ſecurior nauis:ea īqt quæ in portū uenerit.Iſtud quoq; ſe apud græcos mirabile uidiſſe referebat:ꝙ fumū ī montibꝰ relinquerēt:ligna ī urbē conueherēt.īterrogāti utrū plures ſint uiui q̄ mortui: nauigātes īqt utra ī pte cōſtituis.exprobrāti ſi/bi attico ꝙ ſcytha eēt:at mihi qdē ait ꝓbro ē pr̄ia:ſed pr̄iæ tu.rogatus q̄dnā eſſet hoībꝰ bonū ac malū:līguā īqt.Melius aiebat ē amicū unum egregiū q̄ gregarios multos poſſidere.Forū ad fallendū īuicē atq; ad dādas auaritiæ manus deſtina/tū locū dicebat.Ab adoleſcēte cōuiua paſſus cōtumeliā:Adoleſcēs inqt:ſi modo cū iuuenis es uinū nō fers.quādo ſenueris aquā feres.Inuenit ut quidā uolūt ad uitæ uſū anchorā:& figuli rotā.Scripſit & hāc epiſtolā. Anacharſis Crœſo.

EGo lydorū rex ī græciā adueni:græcorū mores & ſtudia & inſtituta ꝑcepturus.Auro aūt nihil egeo: ſatiſq; mihi ē ad ſcythas reuerti meliorē atq; doctiorē.Pergā tamē ad te Sardis:plurimi faciēs tibi familia/rem & amicum fieri.

Myſon.

MYſō Strymonis filius:ut ait Soſicrates cheneus genere Hermippo auctore tradiť a uico œtaoico ſiue laconico ſic dictus : numeratq; inter ſeptē ſapiētes. Aiūt eius patrē tyrannū fuiſſe. ferť a quodā pythiā cū ab Anacharſide quæreret qſnā ſe eēt ſapiētior: reſpondiſſe ut d̄ Chi/lone prædiximus ī Thaletis uita œtæū quēdā myſonē cheneū ſe ſa/pientiorē eē hoc illū oraculo ſollicitatū ī uicū ꝑueniſſe:eūq; reppiſſe æſtate ſtiuā aratro aptantē:ac dixiſſe:Atqui o Myſon nō aratro uacandi nūc tp̄s ē:illumq; reſpōdiſſe ſatis tempeſtiuū ad illud parandū.Alii oraculū illud nō œtæum:ſed eteum dixiſſe autumant: inquiruntq; quid ſit eteus:parmenides quidē pagū eē la/conicæ unde fuerit Myſon.Soſicrates aūt in ſucceſſionibus patre eteū: mr̄e cheneum fuiſſe tradit.Euthyphron heraclidis pontici filius cretēſē aſſerit:eē enim cretæ oppidū etean.anaxilaus arcadē tradit:meminit ipſius & hipponax dicens & myſo quē uirorū oīum ſapiētiſſimū Apollo prædicauit. Ariſtoxenus ī uaria hiſtoria hūc ab Apemāti & Timōis moribꝰ nō multū abfuiſſe teſtiſ ē:exoſos q̄ppe habuiſſe mortales:deniq; deprehenſū lacedæmone ſolū ī ſolitudīe ridere:cū ab eo rogareť q ſubito ſe dep̄hēderat:cur nemīe præſente rideret:at ob hoc ipm rideo dixiſſe.ex hoc hītū ignobilē ꝙ nō ex urbe:ſed ex uico eoq; obſcuro natus eēt:obque eā ignobilitatē quæ ipſius ſūt a pleriſque Piſiſtrato Tyrāno applicari: Ariſtoxenus itē auctor ē præter Platonē phūm.Meminit q̄ppe illius ī ꝓtogora illū ꝑ piādro cōſtituēs.Dicebat aūt nō ex uerbis res:ſed ex rebus uerba eē inq̄rēda:neque ꝓpter uerba res perfici:ſed rerū grā uerba cōſumari.Defunctus ē autē ætatis anno.lxxvii.

Epimenides.

EPimenides ut ait Theopōpus: aliique cōplures pr͞em habuit Phæ
ſtium: alii Doſiadē: alii Ageſarchū tradunt. Cretenſis genere: gno
ſo uico oriūdus effigiē īmutaſſe ꝓhibet̄. Miſſus enī aliquādo a pa
tre ut ouē rure deferret: meridiano tēpore diuertit ex itinere: atq̧
in ſpelūca ubi ſe iactarat: quinquagīta & ſeptē annos ꝑpetuo ſopo
re acqeuit. Dehinc ſomno excitatus quæſiuit ouē: putabat ſe enī
paꝝ obdormiſſe: quā cū nō īueniſſet: ī agrū reuertit. Cū uero reꝝ oīum faciē im
mutatā cerneret: agrūque ī alterius ius cōceſſiſſe: ſtupore attonitus: & cūctabun
dus rediit ī oppidū: ibi cū domū ſuā uellet īgredi: quiſnā eēt īterrogatus: uixque
agnitus a iuniore fratre iā uetulo oēm ex illo didicit rei ueritatē. Porro illius fa/
ma ꝑ græciā uolante deo eē cariſſimus exiſtimatus ē. Vnde & Athenienſes cū ali
quādo peſte laborarēt: reſponſo a Pythia accepto urbē expiari oportere: Niciā ni
cerati filiū miſere epimenidēque ex creta aduocarunt: profectus aūt olympiade
xxvii. luſtrauit urbē peſtēque repreſſit hoc mō. Sūpſit oues nigro & candido ue
lere: duxitque in ariū pagū: atque inde quo uellent abire ꝑmiſit: his qui illas ſeq
bantur mandās ubicūque illæ accubuiſſent: ſingulas mactare propicio deo: at/
que ī hūc modū qeuit lues. Ex eo iā hodieque ꝑ athenienſiū pagos aras ſine no/
mine īueniri certū ē: In eius quæ tūc facta eſt expiationis memoriā. Alii cauſā di
xiſſe peſtis celoniū ſcelus: liberationēque ſignaſſe: atque iō mortuos duos adole
ſcētes cratinū & lyſinniū: ſicque cladē quieuiſſe. Athenienſes ea ꝑnicie liberi Ta
lentū ſibi decernūt: & nauim quæ illū ī cretā reueheret: ueꝝ ille pecunia repudia
ta amicitiā & ſocietatē Atheniēſiū & gnoſſioꝝ īpetrauit: reuerſuſque domum
paruo poſt tempore migrauit ex uita: ætatis ſuæ anno cēteſimoquīquageſimo
ſeptimo: ut ait phaſgo ī libro de lōgæuis: ſicut aūt Cretēſes tradūt ducenteſimo
nonageſimo nono: ſicut uero Xenophanes Colophonius audiſſe ſe dixit cēteſi/
mo qnquageſimo q̄rto. Scripſit aūt curetū & Corybantū generationē & theo/
goniā ad qnque milia uerſuū. Argus quoque ædificationē & Iaſonis in colchos
nauigationē ad ſex milia & quingentos uerſus. Scripſit & carpti de ſacrificiis &
ciuilitate cretenſiū: ac præterea de Minoe & Rhadamātho ad q̄tuor milia uer/
ſuū. Cōſtruxit & apud Athenienſes phanū uerendoꝝ deoꝝ ut ait Lobon argi/
uus ī libro de poetiſ. fert̄ ēt primus domus atque agros expiaſſe: delubraq; fabri
caſſe. Sūt q illū nō obdormiſſe: ſed ad tp̄s exceſſiſſe aſſeuerēt ītētū. ſ. radicibus cæ
dēdis. Extat ipſius ad Solonē cōditorē legū epiſtola ciuilitatē cōtinēs: quā mīos
cretēſib᷒ tradidit. Sed demetrius magneſius ī libro de poetis: ac ſcriptorib᷒ æq
uocis: epiſtolā ut recētē neque cretēſi: ſed attica locutiōe: ipſaque nō ſatis antiq
ſcriptā arguere nitit̄: ſit illa ſane recēs ut uult ipſe: ego & aliā ipſius epiſtolā reppi
ī hunc modū. Epimenides Soloni.

COnfide o amice: ſi. n. uel ſeruire aſſuetis uel nō bene īſtitutis Athe
nienſibus piſiſtratus immineret: imperium ꝓfecto diuturnū ha/
buiſſet. Cæterum uiros haud ſane malos aut ignauos ſeruire cō/
pulit: ſed eos qui indicii Solonis memores tabeſcūt: neque ſub ty
rānide diutius eē tolerabunt. Veꝝ & ſi piſiſtratus ciuitatem occu/

parit:non tamen ad illius liberos ĩperium ſpero deducendum.Eſt enĩ ꝑdifficile hominibus liberis præclariſꝗ; inſtitutis legibus ſub ſeruitute durare.Tu autem noli quæſo uagus agi:ſed in cretam uenire ad nos matura:ubi tyrãnus nullus cuiq̃ moleſtus ē.aperta uia eſt.Aderunt certe plurimi illi infeſti:tibi amiciſſimi: nulla ergo ratio eſt:cur aliquid moleſtiæ pati pertimeſcas.hic ē textus epiſtolæ. Quidam Demetrio auctore tradũt accipere ſolitũ a nymphis cibum : eũꝗ; ĩtra bouis ungulam conditũ ſeruare:paulatimꝗ; inde ſumere:nullaꝗ; exinde egeſti one indigere:neꝗ; uiſum unq̃ edere.meminit huius & Timæus in ſecũda.Sunt item qui dicant cretenſes illi ſacrificia offerre:quaſi deo.Aiunt & præſciendi fu/iſſe peritiſſimũ.Deniꝗ; cũ apud Athenienſes munichiam uidiſſet:ignorare eos dixiſſe quãtarum cladiũ cauſa locus ille futurus eſſet:quod ſi ſcirent dẽtibus illũ diſcerpturos.hæc aũt prædixit multis ante temporibus.fertur & primus eſſe ſe æacum dixiſſe:lacedæmoniiſꝗ; prædixiſſe captiuitatem quã paſſuri erant ab ar chadibus:ac ſeipſum reuiuiſcere ſæpe ſimulaſſe.theopompus aũt ĩ mirabilibus refert epimenidis cũ nympharũ templũ exædificaret uocem e cælo lapſam non nymphis:ſed ioui dedicandũ.Cretenſibus item prænũciaſſe belli exitum:quod inter archades & lacedæmonios agebatur:eũ quem prædiximus:quo ĩ bello de ſerti ab Orchomeniis lacedæmonii in ius hoſtiũ conceſſere:ſenuiſſe illum intra tot dies:quot obdormiſſet annos.Non deſunt qui aſſeuerent:& hoc enim theo pompus ait hunc a cretenſibus curetem appellari ſolitũ.Myronianus in ſimili/bus auctor ē:corpus eius penes ſe lacedæmonii obſeruant reſpõſo quodam ad/moniti ut refert Soſibius laco.fuerunt alii duo epimẽides genealogiæ ſcilicet aſ/ſertor:& tertius qui dorice rhodi hiſtoriam ſcripſit.

Pherecydes.

PHerecydes Badis filius ſyrus ut in ſucceſſionibus alexãder tradit:Pit taci auditor fuit.Eum Theopompus aſſerit primum oĩum de natura & de diis græcis ſcripſiſſe.plurima de illo & ſtupenda memorant.De ambulantem enim ſecus littus pſamiũ:cũ intuitus fuiſſet nauem ple nis uelis currẽtem: poſt paulum mergendam prædixiſſe:ſicꝗ; ut dixerat ſe inſpe ctante contigiſſe.Hauſtam rurſus aquam ex puteo cũ biberet: poſt diem tertiũ terræmotũ futurum prædicaſſe:atꝗ; ita factum eſſe.cũ denuo Meſſanam aſcen diſſet in olympiã perilao hoſpiti conſuluiſſe:cũ tota familia inde migrare matu raret:neglexiſſe illum:meſſanamꝗ; paulo poſt captam ab hoſtibus fuiſſe.lacedæ moniis ſolitũ dicere neꝗ; aurum neꝗ; argeniũ honorandũ ut Theopompus ĩ mi rabilibus ſcribit.præcepiſſe hoc ſibi in ſomnis Herculem : quẽ & eadem nocte. regibus pherecydi ut optemperarent iuſſiſſe.ſunt qui Pythagoræ iſta applicent Tradit Hermippus illũ:cum inter epheſios atꝗ; magneſios uigeret bellum:cupe retꝗ; epheſios uincere. quendã ex prætereuntibus interrogaſſe:unde eſſet:& cũ ſe ille epheſiũ dixiſſet:adieciſſe:Trahe me per crura & in agro magneſio pone:ci uibuſꝗ; tuis adnuncia ut parta uictoria me in eo loco ſepeliant: adiecitꝗ; ſe eſſe pherecydẽ.hæc ubi ille ciuibus renunciauit magna eos uictoriæ inceſſit ſpes.Po ſtridie uero cõmiſſo prælio magneſios fundunt: uictoreſꝗ; pherecyden ex uita

migraſſe cōperiūt:quē etiā ſepeliētes magnifice honorauerūt.Quidā ꝓfectū delphos e mōte Corycio ſeipm̄ deieciſſe aiūt:deliqꝫ ſepultū eē.Alii a pediculis cōſūptum obiſſe diē tradunt.Ariſtoxenus uero cū de pythagora eiuſqꝫ familiaribus ſcriberet:refert illū cū a pythagora q uiſitādi gr̄a aduenerat:ut ſeſe hr̄et iterrogatus eēt:digitū īmiſiſſe ꝑ ianuā ac dixiſſe apte īſpice.ea poſtmodū dictio apud ſtudioſos:deteriorē in partem ſemꝑ accipit᷑.Qui aūt ea melioribus in rebus utunt᷑:peccāt:dicebatqꝫ deos mēſā thyoton uocare.Porro Andron epheſtius duos tradit fuiſſe pherecydes ſyros:Aſtrologū alteꝝ:alteꝝ Theologū Badis filium:cuius pythagoras ſtudioſus fuerit.Eratoſthenes unū tantūmō ſyꝝ:alteꝝ Atheniēſem genealogū fuiſſe aſſerit.ſeruat᷑ hactenus pherecydis ſyri quem ſcripſit libellus de reꝝ pricipio:cuius initiū īeſt:iuppiter q̄dem atqꝫ tp̄s & tellus erāt ſemꝑ:terrenæ aūt nomē fuit terræ:poſtq̄ ip̄i iuppiter præmiū dedit:ſeruat᷑ & heliotropiū ī ſyra īſula.Refert aūt duris ī ſecūdo ſacroꝝ īſcriptū eius tumulo epigramma illuſtre.

In me finitur ſapientia tota:quid autem
Si plus pythagoræ noſtro dicas:quia primus
Græcorum in populis non mentior iſta locutus.

Ion autem chius de ipſo ait.

Hic uelut ornatus uirtutibus atqꝫ pudore:
  Et dulcem uitam non habet exanimis.
Sic iam pythagoræ ſapientia ſumma.uirorum
  Cunctorum mentes uidit & edidicit.

Eſt & noſtrum ſic ſe habens
Carmine pherecratio.

Inſignis pherecydes
Syros quem parit olim:
Turpes in pedicillos
Permutaſſe priorem
Formam dicitur:atqꝫ
Magnetum in regionem
Se iuſſiſſe trahi:quo
Inferret generoſis
Pœnas ciuibus audax
Ingentes.epheſi nam
Oraclum fuerat quod
Solus nouerat ipſe
Mandans hoc moriturus:
Cedens ſic apud illos.
Verum eſt hoc igitur:uir
Si uiuens ſapienſqꝫ
Quædam eſt utilitas:ac
Certe quādo nihilqꝫ ē.Aliorūqꝫ ī eū ferunt᷑ epigrāmata.Fuit aūt circa.lviiii.olympiadē:Eſt eius quoqꝫ ad thaletē huiuſmodi epiſtola. Pherecydes Thaleti.

BEne moriaris:cũ tibi fatalis dies ſupuenerit:morbus me ĩuaſerat cũ tuas accepi lr̃as:pediculis operiebar totus & rigore angebar fe/bris.Mãdaui itaqȝ qbuſdã ex familiaribus ut cũ me ſepelierint:ad te ꝑferãt quæ ſcripſi.Tu aũt ſi qdé ea ꝓbaueris cũ ſapiẽtibus reliqs ita legẽda demũ trades:ſin aũt ĩprobaueris nolite edere:mihi cer/te nec dũ ſatis placebãt.Eſt ibi qdé nõ certa reꝝ fides:neqȝ.n.id recipi neqȝ qd ſit ueꝝ me ſcire ꝓfeſſus ſũ:forte quædã de theologia reſeraui:cætera ĩtelligere opor tet:oĩa qppe ſignifico potius:q̃ apio.Morbo aũt diebus ſingulis ĩualeſcente:neqȝ medicoꝝ quẽpiã:neqȝ amicoꝝ penitus admitto.Cæteꝝ aſſiſtẽtibus ꝓ foribus & ĩterrogãtibus quo ĩ ſtatu ſim:digito ꝑ hoſtii clauſtra dimiſſo:q̃ ſim lãgore fatiga tus oſtẽdi:admonuiqȝ ut poſtridie cõueniãt ad ſolẽnes pherecydis inferias.Vale. Atqȝ hi ſunt qdé appellati ſapiẽtes:qbus pleriqȝ piſiſtratũ etiã tyrãnũ aggregãt.Ve niendum uero iam ad philoſophos ac primo inchoãdum ab Ionica philoſophia cuius principem thaletem fuiſſe memorauimus Anaximandri præceptorem.

## Laerti Diogenis Liber ſecundus.

ANaximãdro mileſio Praxiades Pr̃ fuit. huius ẽ illd̃. prĩcipiũ & elemẽtũ ĩmẽſũ hoc & ĩſinitũ eẽ nõ tamẽ definiẽs aera & aquã:aut aliud qppiã:& partes qdẽ eius ĩmutari:totũ uero ĩmutabile durare:medio lo co terrã cẽtri ĩſtar cõſtitutã globoſãqȝ eẽ & rotũdã: lunã falſo lucere lumine ſplẽdoréqȝ a ſole mutuari: Soléqȝ terræ æq̃re magnitudinẽ & eẽ puriſſimum ignẽ.Primus ãt γνωμονα ĩuenit ipſumqȝ lacedæ/mone ĩ loco captãdæ umbræ idoneo ſtatuit:quo.ſ. ut ait Phauorinus ĩ oĩmoda hiſtoria cõuerſiones ſo lis & æqnoctia notaret:horoſcopia quoqȝ fabricatus ẽ:ac primus terræ mariſqȝ circuitus d̃ſcripſit:& ſphærã ĩſuꝑ cõſtruxit.Quænã uera ſibi uiſa ſint ſũmatĩ ꝓut memoriæ occurrit expoſuit Apollodorus Atheniẽſis:q illũ & ĩ chrõicis ait ſcd̃o ãno.lviii.olympiadis ãnũ egiſſe ætatis.lxiiii.ac paulopoſt obiſſe diẽ:floruiſſe aũt maxĩe ſub Polycrate Samioꝝ Tyrãno:aiũt eũ canẽtẽ a pueris irriſũ:eoqȝ cõperto dixiſſe canẽdũ ergo pueroꝝ cã modulatius.Fuit & alius Anaximãder hiſtoricus & ipſe mileſius Ionicus ſcriptor.

## Anaximenes.

ANaximenes Euryſtrati filius mileſius Anaximãdri auditor fuit.Qui dã & Parmenidẽ audiſſe aſſert.Hic ĩitiũ dixit aera & ĩſinitũ:moueri ſidera nõ ſupra terrã:ſed circa terrã:uſus ẽ aũt Ionica locutõe ſimplici & mĩme fucata.lxiii.olympiade natũ eẽ:atqȝ eo ãno quo ſardis capta ſit obiſſe diẽ Apollodorus tradit.Fuerunt & alii duo lãpſaceni ipius noĩs:orator unus:alter hiſtoricus q oratoris nepos Alexãdri geſta ɔſcripſit.Extat philoſophi Anaxamenis epiſtola:huiuſmodi. Anaxamenes Pythagoræ.Thales ab ætatis flo re ad ſenectutem per ſtudia uirtutis humanitatiſque peruectus inclita morte de fungitur.Is cum ut conſueuerat una cum ancillula ſidera inſpecturus atrio do/mus matutinus exiſſet:ĩmemor ut ſeſe loci ſitus haberet:dũ æthera ſecurus ex/plorat in ſubiectam foueam cecidit: Mileſii fideꝝ obſeruatoris hũc finẽ tradũt,

Cæteꝝ nos liberiqꝫ noſtri tāti uiri iugiter meminimus:atqꝫ in illius maxime do
ctrina acqeſcimus:initiūqꝫ ſermonis noſtri Thaletē ſemper īſtituimus:itēqꝫ alia.
Anaximenes Pythagoræ. Cōſultus nobis egiſti ut quietus uiueres:qui ex Samo
Crotonē cōmigraſti:nēpe.n.æacidæ aliiſqꝫ īfeſti ſunt:mileſiiſqꝫ tyrāni dominan
tur. Medoꝝ itē rex nobis acriter īminet:niſi uelimus eſſe tributarii:at cōſilii nō
fuerit Ionas pro libertate oīum cū medis dimicare. Nā ſi bellū aduerſus illos īea/
mus nulla nobis ſpes ſalutis eſt. Quonā igiť animo poſſit Anaximenes cæli ſecre
ta rimari:cui iugis aut mortis aut ſeruitutis incūbit metus? Atq tu Crotoniatis
atqꝫ italis cæteris in amore ac ſtudio es:pergūtqꝫ ad te & ex Sicilia ſtudioſi quiqꝫ.

Anaxagoras.

ANaxagoras hegeſibulo ſiue eubulo p̄re Clazomenius anaximenis
fuit īprimis ſtudioſus. Primus hic materiæ quā hylē appellāt mētē
adiecit in pricipio operis ſui ſic ſcribēs:oīa ſimul erāt:deīde acceſ/
ſit mens eaqꝫ compoſuit:q̄obrem & mens ſiue animus dicitur. Ti/
mon hoc ipſum de anaxagora fatetur:in ſillis dixiſſe ſcilicet mentem cōfuſis pri
mo rebus acceſſiſſe omniaqꝫ compegiſſe ſimulatqꝫ ordinaſſe.

Fertur anaxagoras mentem fortiſſimus heros
Ipſi mens quoniam coniungens omnia moxqꝫ
Vna compegit ueteri pugnantia lite.

Hic nō mō generis gloria & opibus:ueꝝ animi quoqꝫ magnitudine clariſſimus
fuit. Quippe cū cūctū p̄rimoniū ſuis ſpōte cōceſſit:nā cū ab eis īſimulareť negli/
gētiæ:qd ergo inqt:nō ne uos iſta curatis? Demū ab eis ꝑfectus ad ſpeculādā reꝝ
naturā ſe cōtulit rei &.p.& priuate oīno negligēs:adeo ut cuidā ſe ita compellāti
nulla ne tibi p̄riæ cura eſt? dixerit mihi uero p̄riæ cura & qdē ſumma eſt:digitū
in cælū ītendēs. Ferť in xerxis trāſitu annū ætatis uigeſimū egiſſe uixiſſeqꝫ annos
lxii. Apollodorus in chronicis floruiſſe eum ſeptuageſima olympiade:ſeptuageſi
mæqꝫ octauæ primo āno defeciſſe refert. Philoſophari Athenis ceperat ſub Cal/
lia.xx.ætatis anno ut Demetrius phalerius in deſcriptōe prīcipum refert:ubi &
xxx.annos cōmoratū tradūt. Dicebat Solē candēs ferꝝ eſſe:ac penitus ignitū:&
pelopōneſo maiorē. Alii hoc ad Tātalū referūt:lunā habitacula in ſe hr̄e & colles
& ualles:initia reꝝ ſimilitudines hr̄e partiū. Vt enim ex minutiſſimis arenis au/
rum cōſtet:ita & ex paruis ſimiliū partiū corporibus hoc totū eſſe cōpoſitū:mē/
tēqꝫ initiū motus:& grauia corpora īferiorē locū ut terrā:leuia ſuperiorē optinu
iſſe:ut ignē:mediū aeri atqꝫ humori diſtributū. Ita enim & ſuper terræ latitudi/
nē mare ſubſiſtere humoribus a ſole in uaporē cōuerſis. Sidera principio qdem
turbato:& cōfuſo motu ferri ſolita. Ita ſecūdū terræ uerticē eū qui ſemper appa/
ret polū fuiſſe:poſtmodū uero īclinationē accepiſſe:lacteū orbē reflexū eſſe ſola/
ris luminis nō ītermicātibus Aſtris:cometas errātiū ſtellaꝝ eſſe cōuentū flāmas
ex ſe emittētiū:eoſqꝫ qui σϖιν϶ηρεσ dicūtur ueluti ſcintillas ab aere uibrari:uē
tos fieri cū aer a ſole tenuať:tonitrus nubiū eſſe colliſionē: coruſcatiōes cōfrica/
tionē itidē nubiū:terræmotus ſucceſſionē aeris in terrā. Animātes primo ex hu/
more & calore terraque manaſſe:poſtmodū ex īuicē natas eſſe:mares a dextris:

fœminaſq; a ſiniſtris. Aiūt illū prædixiſſe eū qui circa ægis fluuios cōtigit lapidis lapſū: quē ex ſole caſuꝝ dixerit: eaq; rōne īductū Euripidē ipſius diſcipulū: ſolē in phaethōte aureā glebā appellaſſe. Profectū quoq; in olympiā ſereno & lucēte Cælo ſediſſe pellicea īdutū ueſte: quaſi breui eruptura pluuia: ſicq; cōtigiſſe. ꝑcōtanti an lampſaceni mōtes mare eſſent aliquādo futuri: dixiſſe ferūt: ita ſane niſi tp̄s defecerit. Rogatus cuius rei cauſa natus eſſet: & īſpiciēdi īquit cæli & ſolis & lunæ: Dicēti cuidā Atheniēſibus priuatus es: non ego illis ait: ſed illi me. cū uidiſſet mauſoli ſepulchrū: monumētū inqͭ præcioſū & lapidibus ornatū diuitiaꝝ imago eſt. īdignāti homini ac moleſte ferenti: ꝙ in alieno ſolo moreretur: bono inqͭ eſto animo: Idē.n. undiq; in īfernū deſcenſus eſt. uidet̃ aūt ut fauorinus in oīmoda hiſtoria teſtat̃: Primus homeri poema de uirtute & iuſtitia cōpoſitū eē dixiſſe: multūq; metrodoꝝ lapſacenū familiarē ſuū ad eā opinionē contuliſſe. Quē in his etiā quæ ad naturæ hiſtoriā attinēt cōſtat poetæ fuiſſe īprimis ſtudioſū. Primus aūt Anaxagoras etiā libꝝ ab ſe ſcriptū edidit. enīuero ſub prīcipe dimylo cecidiſſe de cælo lapidē: Anaxagorāq; tū dixiſſe cælū omne ex lapidibus eſſe cōpoſitū: ac uehemēti circuitu cōſtare: alias continuo ſūma ui īpetus lapſuꝝ Silenus in primo hiſtoriaꝝ auctor eſt: uaria de huius dānatiōe referunt̃. Nā in ſucceſſione philoſophoꝝ tradit Sotion a cleone īpietatis accuſatū: ꝙ ſolē cādētē dixerit laminā ac penitus ignitā. Defenſum aūt a pericle diſcipulo qnq; talētis mulctatū: exilioq; dānatū fuiſſe. Porro ſatyrus in uitis a Thucydide accuſatū qui cōtraria pericli in reipublicæ adminiſtratōe ſentiret: neq; īpietatis modo: ueꝝ & ꝓditōis abſentēq; morti addictū: & cū illi renunciata eſſet & dānatio ſua & filioꝝ mors: ad alteꝝ dixiſſe iāpridē aduerſū illos atq; ſe ex æquo naturā tuliſſe ſnīam: ad alterū ſciebā me genuiſſe mortales. Alii hoc ad Solonē referūt: alii ad Xenophontē. Hūc aūt manibus etiā ꝓpriis ſepeliſſe liberos Demetrius phalereus in libro de ſenectute teſtat̃. Hermippus in uitis carcere incluſū addictūq; morti tradidit. Periclē uero ꝑcōtatū an illius uitā in aliquo criminaret̃: cū nullū ei crimē īpigi cōperiſſet dixiſſe atqui ego diſcipulus iſtius ſum. Nolite igit̃ iniqs calūniis īducti illū ꝑdere: ueꝝ mihi potius obtēperate libeꝝq; abire ꝑmittete: ſicq; factū eē. Hāc tamē illū iniuriā ægre tuliſſe: ac ſpōte īde diſceſſiſſe. Veꝝ enim Hieronymus in ſecūdo cōmētarioꝝ Periclē aſſerit illū adduxiſſe in iudiciū: īcertis greſſibus nutātē: & præ nimia ægritudine cōfectū macie miſericordiaq; iudicū: potius q̄ ꝙ innocens fuerit īuētus: relaxatū eſſe: tamē uaria de ipſius dānatione īter auctores minime obſcuros habet̃ opinio: nec defuere qui exiſtimarent illū democrito īfeſtū fuiſſe: ꝙ ab illo minime fuerit defenſus. lāpſacū poſtea ꝓfectus illic diē ſuū obiit: ubi rogātibus eum principibus ciuitatis nun quid fieri mandaret: iuſſiſſe ferunt ut pueri quotannis quo mēſe defeciſſet: ludere permitterētur: ſeruariq; hactenus eam cōſuetudinem. Defuncto igitur lampſaceni honorifice iuſta perſoluerūt: eiuſq; tumulum epigrāmate illuſtrauerunt. Fuere tres & alii eodē nomine in quoꝝ nullo fuere omnia. Veꝝ Primus quidē orator de iſocratis diſciplina ueniens. Statuarius alius: cuius meminit Antigonus. Tertius grāmaticus zenodoti diſcipulus.

## Archelaus.

ARchelaus Athenienſis ſiue mileſius patrem habuit Apollodoꝝ:ſiue ut qdā ſcripſere:Mydonē:Anaxagoræq́ʒ diſcipulus:& Socratis magiſter fuit.Primus hic ex Ionia phyſicā philoſophiā Athenas īuexit:& appellatus eſt phyſicus ꝙ in eū philoſophia deſierit naturalis:Socrate ethicen ītroducente:q̄q̄ ne hic qdē ethicæ rudis fuiſſe uideať:nāq́ʒ de legibus philoſophatus eſt:& de honeſto & æquo.Porro Socrates ꝙ hæc ab illo ſumpta ꝓpagauerit īueniſſe putatus eſt.Duas eē generatōis cās aſſerebat:calidum & frigidū:aīalia de limo nata:iuſtūq́ʒ & turpe nō natura conſtare:ſed lege:hac aūt rōne nitebať liquētē calore aquā ubi ignis īflāmať ardoribus terrā efficere:ubi uero circūfluit:aerē gignere:atq́ʒ ideo illā qdē ab aere:hūc aūt ab ignis leui faciliq́ʒ motu cōtineri:gigni uero aīalia ex terræ calore:quæ limū lacti ſimillimū ad eſcā emanauerit:ſic & hoīes natos:primuſq́ʒ uocē aera ꝑcuſſū deffiniuit:mare in cōcauis per humū ueluti collatū cōſiſtere dixit:maximūq́ʒ ſideꝝ ſolē:& omne hoc īfinitū appellauit.Fuerūt & tres alii eiuſdē nominis:primus Chorographus:qui oēm ab alexādro ꝑagratā terrā deſcripſit:alius q quæ naturæ ſūt ꝓpria uerſu ꝓdidit:tertius orator q & artē oratoriā ſcripſit. Socrates.

SOcrates ſophroniſco pr̄e lapidario:mr̄e phænareta obſtetrice natus:ſicut & plato in theæteto meminit:Atheniēſis pr̄ia:pago alopecenſis fuit.nō defuerūt qui illū iuuaſſe euripidē exiſtimauerit.Vnde mæſilochus ait phrygibꝫ nouo euripidis poemati & ſocratē ligna miſtraſſe.

Euripidis recens phryges eſt fabula
Sarmenta cui ſupponit & ſocrates prudens.

Ac rurſus Euripides ſocratis ut ſocii & adiutoris meminit.

Tumores ſocratis noueras ligatores
Et callias:tu grauis & ſentis ſic magnum.
Mihi licet:Socrates enim certe cauſa.

Ariſtophanes quoq́ʒ hoc ipſum in nephelis tradit:hunc aſſerēs euripidem fuiſſe qui Tragœdias ſcripſerit eloquentiæ ſapientiæq́ʒ pleniſſimas.

Sapientiæ Euripides agens tragœdias
Pleniſſimas hic eſt celebreſq́ʒ multum.

Cum igiť Anaxagoræ ſecundū quoſdā auditor fuiſſet & damonis ut Alexander in ſucceſſionibus ait:poſt eius dānationē ad Archelaum ſe phyſicū cōtulit:cuius & pædica fuiſſe ſcribit Ariſtoxenus.Porro duris ſeruiſſe illum ait & ſculpſiſſe lapides:opuſque illius eſſe gratias:quæ ſunt in arce ueſtitas plærique aſſerūt:unde illum & timon ī ſillis & ſculptorem lapidum dixerit:& græcorum uatem præterea uaffrum & oratorem uarium ſubatticūq́ʒ ſimulatorem appellarit.

Lege loquens uaffer rhetor lapidumq́ʒ politor
Græcorum uateſq́ʒ ſubatticus & ſimulator
Deriuauit ab his monſtrans certiſſima uerba

Erat quippe in oratoria ſicut etiā idomeneus refert prōptus atq́ʒ acer:ſed eū tyrāni.xxx.dicēdi artē ut ait Xenophon:docere uetuerūt.Carpiť & ab Ariſtophane:ut qui deteriorē rōnē meliorē faceret.primus qꝑpe ut fauorinus in oīmoda ſcri

bit hiſtoria:cum Aeſchine diſcipulo oratoriæ campos aperuit.Idomeneo idipſū
in libris quos de Socraticis ſcripſit aſſerente:primuſq; de uitæ ratione diſſeruit:
ac primus philoſophoꝝ damnatus moritur.Ait autem Ariſtoxenus Spinthari
filius pecunias illum ex miniſterio ſuo ad neceſſarium uictum congregare ſoli/
tum.Cæterum critonem eum ab emendicanda quottidiana ſtipe atq; ab offici/
næ ſubduxiſſe miniſterio gratiam animi ipſius admiratum:eiq; ſe ī diſciplinam
dediſſe Demetrius Bizantius auctor eſt.Animaduertens autem naturalis ſpecu
lationis fructum nullum eſſe:eamq; ad officia uitæ nihil eſſe neceſſariā īuexit pri
mus ethicem:deq; illa & in officinis & in publico quottidie philoſophans:ea po/
tius inquirenda hortabatur:quæ mores inſtruerent:& quorum uſus nobis do/
mi eſſet neceſſarius.Illic enim Homeri teſtimonio bonum nobis malumque na
ſci.Sæpe uero inter loquendum agente id orationis uæhementia iactare digitos
ſolebat:& crines uellere:ita ut a pleriſq; rideretur:habereturq; deſpectui:quæ ta
mē omnia ferebat æquo animo.Vnde & cum fuiſſet a quodam calce percuſſus:
admirantibus illius tolerātiam dixit:quid enim ſi me aſinus calce impetiſſet nū
illi diem dixiſſem?Hæc demetrius.Peregrinatione uero illi opus non fuit quem/
admodum plurimis:niſi in quantum militauit:ſed ſemper eodem in loco ma/
nens:contentus cum familiaribus ac ſtudioſis diſputabat:nitebaturq; ſummo
ingenii acumine non tam illos ex ſententia refellere:q̄ ipſe quid uerum eſſet inue
nire.Fertur cum eurypides ei legendum Heracliti opuſculum dediſſet:rogaretq;
quid ſibi uideretur dixiſſe:ea quidem quæ ītellexi fortia ſunt:puto item & quæ
non intellexi:uerum delio id narratore aliquo indiget.Cura illi decens fuit cor/
poreæ exercitationis:eratq; præclari habitus.Deniq; in amphipolim armatam
militiam ſecutus eſt:atq; prælio cōmiſſo circa delum lapſum equo xenophōtē
apprehendit atq; ſeruauit.Confugientibus athenienſibus cæteris ipſe lento paſ
ſu abibat:ſæpe clam retroſpiciēs & ulciſci obſeruans ſiquis enſe ipōs inuadere tē
taſſet.Militauit & in potideā per mare.Nam pedibus minime licebat obſiſtente
bello:quo tempore nocte tota in uno habitu permāſiſſe tradunt.Et cum ī ea ex
peditione fortiſſime pugnaſſet ac uiciſſet:uictoriam alcibiadi ſponte conceſſiſ/
ſe:quem a Socrate amatum Ariſtippus ī quarto de ātiquis delitiis teſtatur:Ion
autem chius iuuenē cum archelao ſamū inſamo peregrinatum ueniſſe tradit.
Ariſtoteles & pythonem profectum ait.Iſthmum quoque Fauorinus in primo
cōmentariorum adiſſe refert.Erat aūt conſtantis animi inuicteque ſententiæ:
& imprimis popularis dominationis ſtudioſus:quod cum ex aliis conſtat:tum
ex eo maxime ꝙ iubentibus qui cum Critia erant nobilibus:leōtē Salaminium
illuſtrem & opulentum uirum ad ſe deduci perimendum haudquaq̄ ceſſit.ſo/
luſque aduerſus.x.potētiſſimos duces ſententias ferre auſus eſt:& cum libere
quo uellet abire e carcere liceret noluit:& plorantes ſæuere increpauit:pulcher/
rimoſq; ſermones illos uinctus ꝓſecutus ē.Frugi item erat & continēs.Refert
Pamphila ī ſeptimo commentariorum cum alcibiades grandem illi aream ad
conſtruendam domnm largiretur dixiſſe:an uero ſi calciamentis mihi opus
eēt:corium dares ut calceos mihi ipſe conficerem?atqui ridiculus eſſem ſi acci/

perem.Sæpe cũ eorum quæ publice uendebant̃ multitudinẽ intueret̃:ſecũ iſta
uoluebat: q̃multis ipſe nõ egeo:ac ſemꝑ habebat in ore iambos illos:quibus ar/
gentũ & purpura & cætera id genus tragædis potius q̃ uſui uitæ neceſſaria do/
cent̃. Tarchelaũ præterea Macedonẽ & ſcopã Crãnonium:Eurylochũq; lariſeũ
aſpernatus eſt alto aĩo:cũ neq; ab eis miſſas pecunias accepit:neq; ad eos ipſe ꝓ/
ficiſci uoluit.Adeo aũt parce ac tẽperate uixit ut cũ Athenas lues ſæpenumero
uaſtaret:ſolus ipſe nũq̃ ægrotauerit.duas illum uxores duxiſſe:priorem xantip
pen ex qua lãproclẽ genuerat:ſecũdam Myrtonẽ Ariſtidis illius iuſti filiã quam
& ſine dote acceperit:quæq; ſibi ſophrõiſcũ menexenũq; peperit Ariſtoteles au
ctor ẽ. Alii Myrtonẽ prius duxiſſe:plerique utraſq; ſimul habuiſſe tradũt:ex qui
bus & Satyrus ẽ & Hieronymus Rhodius.quippe Athenienſes cũ Bellis ac lue
ciuibus exhauſtã ciuitatẽ reparare ſobolemq; propagare uellent decreuiſſe refe
runt:uti urbanã quidẽ unã uxorem ciues ducerent:liceret aũt & ex altera ꝓcrea
re liberos:Idque tũ & Socratẽ feciſſe.magna uero mentis altitudine carpentes ſe
atque obiurgãtes cõtẽnebat.In facilitate quoque uictus maxime gloriabat̃:mer
cedẽque a nullo exigebat. Dicebat aũt qui ſuauiſſime comederet eum minime
obſonio egere:& qui cũ uoluptate biberet:eũ quod præſens nõ ſit poculum nõ
quærere nec expectare:eũque diis maxime propinquũ:qui minimis egeat.Hoc
ſi quis uelit a Comicis doceri poterit:Qui ꝓfecto illũ dum uituperare quærunt
laudãt.Ariſtophanes denique ſic illũ agit:O preclare ſapientiæ amator homo q̃
iuſte Athenis beatus alibique uiuis:ſic memor es & curis plenus ĩeſtque animo
erũna:neque fatigaris aut ſtãs aut ſedens:ſed ne alges quidẽ multũ doles: neque
prãdere cupis uinoque & edacitate abſtines:aliiſque ĩhoneſtis.porroque Amep
ſias palliatũ illũ inducẽs ſic ait.Socrates paucoꝝ optime uiroꝝ multorũque ua
niſſime & ipſe ad nos pergis:patiẽſque es:unde tibi palliũ hybernũ:hoc ĩcõmo/
dum per coriarii cõtingit malignitatẽ.Hic tametſi eſuriens aſſentari nũq̃ paſſus
es:Cæterum ipſius rei q̃ ſemper inimicus fuerit:utque magno & alto animo ſœ
dam iſtam adulationẽ præteruectus ſit:Ariſtophanes itidẽ accedat teſtis in hãc
ſententiam elatus faſtu uias teris oculoque innuis & diſcalciatus pergis: plura/
que toleras atque ĩter nos uultus grauitatẽ ac reuerẽtiã ſeruas. Cũque hoc uitæ
inſtituto degeret:interdum tamẽ ipſi congruens uenuſtiore habitu amiciebat̃:
ut in Platonis ſympoſio ad agathonẽ pergens: æqua illi & hortandi & dehor/
tandi facultas fuit.Denique theætetũ cũ de diſciplina diſſereret:ut ait Plato:mi
rifice ĩmutatũ diuinũque ferme remiſit.Eutyphrona qui patri diẽ dixerat:quæ
dam de iuſtitia & pietate loquens ab inſtituto reuocauit. Lyſidẽ aũt hortando
maxime moralẽ fecerat.Erat enĩ illi ingenium ad eliciendos ex rebus ſermones
accõmodatũ.Lamproclem item filiũ ĩ matrem ĩmitem ac ferum:ut ait Xeno/
phon:ſuadendo ad reuerentiã:reduxit.Glauconẽ præterea Platonis fratrem ad
rem publicã accedere uolẽtẽ:ꝓpoſito retraxit: q, is rudis eẽt ignaruſque rerum.
Jtẽ ut refert Xenophon:Charmidẽ econtra quia eẽt maxĩe idoneus:ad capeſſen
dam ĩcitauit.Iphicrati quoque duci animos adiecit:cũ oſtendiſſet ei gallos galli
naceos Carii midæ corã callia pẽnis ac roſtro dimicantes:ipſumque glaconides

ciuitati acquirere optabat:non ſecus ac faſianum auem aut pauonem. Dicebat
aūt facile cuiuis eſſe quæq; habet mira proloqui:Amicos aūt quot poſſideat no
minare difficilimū:tantā in eis obſeruādis ieſſe negligentiā.Euclidē uero cū uide/
ret forenſiū cauſaꝝ īprimis ſtudioſū: O īquit Euclide Sophiſtis quidē uti pote/
ris:nō aūt hominibus. Inutile enim arbitrabat̃ ac turpe hiſce dare operā:ſicut &
Plato in euthydeno teſtat̃.Dederat illi charmides domeſticos pueros:ut ab eis
domū deduceretur:ſed noluit ille ſuſcipere.Sunt qui dicāt illū Alcibiadis eximiā
formā aſpernatū.uacationē ut poſſeſſionū oīum pulcherrimā laudabat:& in ea
iucundiſſime acquieſcebat:ut in ſympoſio teſtatur Xenophon.Dicebat & unicū
eſſe bonū ſciam:malū econtra unicū īſcitiā:opes atq; nobilitatē non ſolū nihil in
ſe habere honeſtatis:ueꝝ & malū omne ex eis oboriri. Deniq; cū dixiſſet ei qui/
dam Antiſthenē matre eſſe threicia:Tu ne īquit arbitrabaris ex duobus atheni/
enſibus adeo inſignē uiꝝ natū? Phædonē quoq; captiuitatis neceſſitate quæſtui
turpi expoſitū critoni redimendū præcepit:ſpectatūq; philoſophū fecit:ſed & fi/
dibus canere didicit:quādo illi opportunū fuit:minime īprobū ſeu pudendū di/
cens:quod quiſq; neſciat:diſcere.Sæpius itē ſaltabat eam exercitationē plurimū
ad tuendā bonā ualitudinē cōducere exiſtimās:ſicuti & Xenophon in ſympoſio
teſtatur.Aſſerebat & dæmoniū ſibi futura præſignare:ac bene īcipere paruū nō
eſſe:ſed maximū:& ſcire ſe nihil præter hoc ipſum quid neſciret:eos itē qui præ/
cocia multi emerēt deſperare aiebat ſe ad maturitatis tempus peruēturos.Roga
tus aliquādo quæ nā ſit iuuenis uirtus:nihil nimis īquit:geometriæ eouſq; dan/
dam operā monebat: quoad quiſq; poſſit terrā mēſura accipere & dare. Euripi/
de uero de uirtute ita diſſerēte:ut diceret præclaꝝ eſſe temere hāc dimittere:ſur
gens egreſſus eſt ridiculū eſſe dicēs mācipiū ſi non īueniat̃:dignū īquiſitione iu/
dicare:uirtutē uero paſſim perire permittere.Interrogatus utꝝ melius eſſet uxo
rem ducere nec ne? utrūuis hoꝝ īquit egeris pœnitētia īceſſet.admirari dicebat
cur hi qui lapidea ſigna ſculperēt ſumma ope niterent̃:ut lapis homini q̄ ſimili/
mus euadat:ſe ipſos curare negligerent ne ſimiles lapidibus & uideantur:& ſint.
Hortabat̃ & iuuenes:ſe iugiter in ſpeculo ītuerent̃:ut ſi quidē formoſi eſſent:di
gni ea ſpecie fierēt:ſin aūt deformes eam deformitatē eruditione ꝓtegerent.Cū
uocaſſet ad cœnā diuites:& xantippē modici puderet apparatus:bono īquit eſto
animo:Nā ſi quidē modeſti erūt frugi mēſā haudquaq̄ aſpernabunt̃:ſin aūt ītē/
perātes nulla nobis de hiſce cura erit.Aiebat alios hoīes uiuere ut ederēt:ſe ideo
edere ut uiueret.Ad hæc uulgus ignobile & īperitā amplectentē plebē idē ferme
facere dicebat:ac ſi quis ſingulos nūmos reprobaret:cōgeſtū ex hiſce cumulū ut
ꝓbabilē ſuſciperet. Cum ſibi dixiſſet Aeſchīes:pauper ſum & aliud habeo nihil:
me ipm aūt tibi do: an uero tu īquit nō animaduertis q̄ mihi maxima tradis.In
dignāti cuidam cur deſpiceretur:cum ſumma reꝝ.xxx.ſibi arripuiſſent:ergo ne/
inquit pœnitet te.Referēti ꝙ illum Atheniēſes mori decreuiſſent:& natura illos
inquit.Hoc alii ad anaxagorā referūt:dicēte ſibi uxore iniuſte morieris:an tu in/
quit iuſte malles? cū in ſomnis quendā ſibi iſta dicentē audiſſet: Tertia tephthie
tempeſtas læta locabit: Ait ad Aeſchinem poſt diem tertiū ſe morituꝝ:qua die

cicutã bibiturus erat. Apollodorus ei palliũ præcioſum obtulit ut in illo moreref: & ille quid inqt: num palliũ meũ uiuenti congruũ fuit: Vita functo nõ cõueniet? nũcianti ſibi quendã ſe maledictis ĩceſſere: bene ait loqui non didicit. Cum diſruptam pallii ſui partem uertiſſet Antiſthenes & ĩſpectandã oĩbus dediſſet: aſpicio ĩquit p ſciſſurã pallii tuam uanitatẽ: Dicenti cuidã nõ ne tibi ille maledicit? nõ inqt: mihi enim iſta nõ adſunt. Dicebat expedire ſe ipſum ex induſtria comicis exponere. Nã ſi quidem ea dixerit quæ ĩ nobis corrigenda ſint emẽdabũt: Sin alias nihil ad nos. Xanthippe cum in eũ prius conuicia & maledicta iaculata eẽt: Poſtmodũ uero & ſordidis aqs pfudiſſet: nõ ne ĩquit dicebã Xanthippẽ tonantẽ quãdoq pluiturã. dicenti Alcibiadi nõ eẽ tolerabilẽ xantippem adeo moroſã: Atqui ait ego ita hiſce iã pridẽ aſſuetus ſũ: ac ſi iugiter ſonũ trochlearũ hauriã: an uero tu nõ toleras clamore pſtrepentes anſeres? illo dicẽte at mihi oua pulloſq pariũt: & mihi ait xãtippe filios gignit. Cũ palliũ illa ſibi in platea ſuſtuliſſet monerentq familiares iniuriã manu conſerta ulciſceref: Præclare inqt ut nobis corrixantibus quiſq ueſtrũ acclamare pgat Eia Socrates Eia xanthippe. aſperioris ĩgenii uxori ita cõgrediendũ monebat: ut equis animoſis equites: Cæterũ ſicut illis cũ hoſce ſubegerint: reliqui facile cedũt: ita & mihi poſt xanthippes uſũ: reliquorũ mortaliũ facilis toleratio obueniet. Iſta & huiuſmodi gerẽs quottidie & dicens: pythiæ teſtimonio laudatus ẽ: quæ chærephonti id oraculũ edidit: qđ in oĩum ore ẽ: quo. ſ. mortaliũ oĩum Socrates ſapiẽtiſſimus prædicaref: ex quo magna ĩ illum inuidia conflata ẽ: præterea q eos qui ſe ipſos magnificarent & æſtimarẽt quaſi ſtolidos & ĩſenſatos arguiſſet: eorũ ex numero anytus ẽ: ſicut in menone plato ait: is enĩ a Socrate rideri ſe nõ ferẽs: primũ quidẽ ariſtophanẽ aduerſus illũ ĩuexit atq ĩ eius maledicta puocauit. Poſtmodũ uero melitũ etiam induxit: ut illi crimẽ ĩpietatis adoleſcentiũq corruptiones obiiceret. Et melitus quidẽ ad iudices illũ accuſauit: ſnĩam uero Polyeuctus dixit: ut ait Fauorinus in oĩmoda hiſtoria: orõnem Polycrates ſophiſta ſcripſit: ut Hermippus refert ſiue ut quidã uolũt anytus: præparauit aũt oĩa Lycon orator. porro Antiſthenes in philoſophorũ ſucceſſionibus: & ĩ apologia Plato tris illũ accuſaſſe tradũt: Anytũ Lyconẽ ac Melitũ: Anytũ quidẽ opificũ ciuiliũq partes tuentẽ: Lyconẽ oratorũ Melitũ uero poetarum q eos oĩs carperet Socrates. Fauorinus ĩ prĩo cõmẽtariorũ uerã nõ eẽ Policratis ĩ Socratem orationem tradit: quod ĩ ea facta ſit mẽtio murorũ a Conone ĩſtauratorũ: id uero factũ conſtat ſexto anno poſt mortẽ Socratis: ſic aũt ſe habet. Enimuero cauſæ ipſius cõiuratio hoc mõ geſta ẽ. Seruaf enim hactenus ĩquit fauorinus ĩ metro. Accuſauit melitus meliti filius pittheus Socratẽ Sophroniſci filiũ alopecẽſem de hiſce criminibus: iura uiolat Socrates: quos ex maiorũ ĩſtituto ſuſcepit Ciuitas deos eẽ nõ æſtimãs. Alia uero noua dæmonia ĩducẽs. Cõtra ius & fas iuuenes corrũpit: pœna illi mors. Phũs uero cum ſibi lyſias quã p ſe ſcripſerat apologiã recitaſſet: bona ĩquit & præclara ẽ orõ lyſia: mihi tamen minus congruit. Erat enim illa plurimũ iudicialis: q̃ ut phõ conuenire uideref. Percõtanti lyſiæ cur ſi bona eẽt nõ ſibi ɔgrueret orõ: non ne inqt & idumenta & calciamenta ſpecioſa eẽ poſſent: neq tamẽ mihi conuenire? Cũ

uero iudicium ageret:aſcendiſſe platonem i ſuggeſtũ refert iuſtus tiberienſis in ſtẽmate,ac dixiſſe:minor natu cũ ſim uiri athenienſes his oibus q tribunal aſcẽderũt:iterpellatũq; a iudicibus reclamantibus deſcende.Dãnatus igit eſt iudicũ ducentis.lxxx.& una ſententiis.Tractantibuſq; inter ſe iudicibus:quid illũ potius conueniret pati an pendere:uigiti & quinq; dragmas ſoluturum ſe dixit:qq eubulides cẽtum eẽ pollicitum dixerit.Verum tumultuantibus iudicibus:eorũ iquit gra quæ a me geſta ſunt:cenſeo me in prytaneo publice ali. Tum illi adiectis aliis.lxxx.ſententiis morte illum damnant:& continuo coniectus in uincula poſt paucos dies uenenum bibit:multa prius de imortalitate animorum:ac præclara diſſerens:quæ i phædone Plato digeſſit. pæana quoq; illum ſcripſiſſe pleriq; autumant:cuius eſt initium:Delie apollo ſalue:ſimulq; Diana pueri glorioſi. porro Dionyſodorus pæana illius non eſſe memorat.fecit & æſopiam fabulam non multum compoſite:cuius initium eſt: Aeſopus hæc retulit & cætera:atq; i hunc modum Socrates exceſſit e uita.Athenienſibus eius facti tantum pœnitentiæ iceſſit mox:ut palæſtras & gymnaſia clauderent & alios quidẽ exilio:Melitum uero morte dãnarent.ſocratem aerea imagine publice honoraure:quam a lyſippo perfectam i urbis celeberrimo loco ſtatuerunt .Anytũ ipſa die reuertentem Heracletæ exterminarunt:paſſi ſunt hæc athenienſes non modo i ſocrate:uerum & i aliis uiris illuſtribus permultis.Nanq; ut ait Heraclides homerum ueluti inſanientem dragmis.l.mulctarunt:tyrtæumq; mentis impotem dixerunt:& aſtydamantem primum ex ludo æſchyli ſapientiſſimũ aerea imagine honorauerunt:Eis Euripides quoq; id exprobrat in Palamede ino cuãq; muſam iſectatos clamans.Enimuero philochorus Euripidem ãte Socratem obiiſſe tradit.Naſcitur Socrates ut ait Apollodorus i chronicis ſub apſephione ſeptuageſimæ & ſeptime olympiadis anno quarto Thargeliõis mẽſis ſexta:quo die luſtrãt Athenienſes Ciuitatem Dianãq; natã Delii tradũt.moritur primo anno nonageſimæ quintæ olympiadis.lxx.etatis anno.eadẽ ferme Demetrius Phalerius ait.Sunt qui ſexagenarium obiiſſe referant:uterq; uero Socrates & Euripides Anaxagoræ auditores fuere.Porro Euripides primo anno.lxx. olympiadis ſub calliade ortus eſt: Videtur aũt mihi ſocrates & de naturalibus diſſeruiſſe:quãdo quidẽ & de puidẽtia plerũq; diſputat:ut Xenophon ait:& certe cũ de moralibus tantũmodo uerba eũ feciſſe aſſeueret.Sed & plato in Apologia mentionẽ Anaxagoræ faciens alioꝝq; phyſicoꝝ:quæ Socrates negat:de his dicere ipſe comprobatur:& qdem cum ſua omnia ſocrati ſemper attribuat.Refert Ariſtoteles magum quẽdam ex Syria profectum Athenas Socratem pluribus i rebus repræhendiſſe:uiolentãq; illi mortẽ futurã prædixiſſe.

Eſt noſtrum i illum epigramma iſtius modi.

Nũc bibe:nam uere ſapientẽ dixit Apollo.
Socrates illuſtris & deus eſt ſophia.
Ciuibus igratis data ſunt tibi dira uenena.
Aſt illi hauſerũt protinus ore tuo.

Bibe nũc illuſtris Socrates:Cecinit nã uer ſapiẽtẽq; dixit dus:at dus ſapia.Nã ue

nenū qdē a ciuib₉ igratis accepiſti:ſed id illi tuo ore ebiberūt.Fuit eis ut refert Ariſtoteles ī tertio đ poetica:cū Antiocho lēnio & Antiphōte cōtētio quēadmodū & Pythagoræ cū Cydōe & Onata:uiuētiq; Homero cū Sagari:uita fūcto cū Xenophāe memorato colophōio:Heſiodo itē uiuēti cū cercope:defūcto cū xenophāe memorato:Pindaro cū Amphimene coo: thaleti cū Pherecyde:Biantiq; cū Salyro Prienæo: Pittaco cum Antimenide:& alceo Anaxagoræ cū Soſibio: Simonideq; cum Timocreonte.Sed enim ex his qui ſucceſſere ſocrati appellanturq; ſocratici:nobiliſſimi ſunt plato:Xenophō & Antiſthenes:Ex his uero qui decem dicūtur:clariſſimi fuerunt quatuor Aeſchines:Phædō:Euclides:& Ariſtippus: primo igit̃ dicendū de Xenophonte:deinceps de Ariſthene inter Cynicos:tū de ſocraticis:atq; ita demū de platone q & decē ſectaꝝ princeps eſt: primāq; academiā ipſe cōſtituit.Hic ergo ſucceſſiōis ē modus.fuit & alius ſocrates hiſtoricus q argos diligenter deſcripſit: alius item peripateticus Bithynus atq; alius poeta epigrāmatū:& alius Cous qui deoꝝ precationes inuo cationeſq; conſcripſit.

Xenophon.

Enophō Grylli filius athenienſis:pago archieus fuit.Erat aūt uerecundus:& ultra q̃ dici poſſit ſpecioſus.Aiunt eū cū Socratem ī angiporto quodam habuiſſet obuium:Porrecto ab eo baculo tranſire ꝓhibitum:pcōctanti uero ubi nam uenirent quæ humanis uſib₉ accōmodata ſunt: ſingula:cū ille reſpondiſſet:rurſus ubi nam boni ac ꝓbi hoīes fierent rogare perrexit.Ad hæc hærente illo dixiſſe ei Socratem: ſequere igit̃ & diſce : ex eo ſocratis auditor factus primus oīum quæ dicebātur notis excepta in publicū ædidit cōmentaria inſcribēs:primuſq; philoſophorum ſcripſit hiſtoriā.Hūc adamaſſe cliniā Ariſtippus in quarto de antiqs delitiis meminit atq; ad eū hæc dixiſſe.Nam nūc ego cliniam gratius intueor:q̃ cætera oīa quæ ſunt inter homines ſpecioſa & quæ ſunt dulcia hoībus:cecuſq; mallem ad cætera fieri dū unici cliniæ cōſpectu fuerer.Angor noctu & ī ſōnis ꝙ illū non uideo:diei ac ſoli gratias ingentes ago ꝙ cliniæ mihi faciem reuelant.In Cyri amicitiā hoc mō uenit:erat illi familiaris qdam ꝓxenus noīe: Boetius genere:diſcipulus Gorgiæ leontini cyroq; cognitus & carus: is apud Cyrum Sardis morabat̃.Scripſit aūt Xenophōti æpiſtolam athenas acceſſēs ilium & Cyro amicum fieri ſuadens:hanc ille Socrati oſtēdit:conſiliūq; flagitabat.Eum ille delphos miſit:in ea re dei conſilio uſuꝝ.Paruit Xenophon:ꝓfectuſq; ad eū: rogat nō pergere ad Cyrū debeat nec ne:ſed quo pacto ire:qua in re Socrates illū & ſi modice ī ſimulabat:ꝓficiſci tamē monuit.ubi aūt ad cyꝝ uenerat:ita ſe illi inſinuauit:ut nō minus illi amicus carusq; fuerit q̃ ꝓxenus:& alia quidē oīa quæ ī aſcenſu Cyri ac deſcenſu cōtingere nobis ipſe diligentiſſime tradidit.Inimicitias aūt aduerſus Menonē pharſaliū grauiſſimas exercuit:q fuerat aſcenſus tempore Peregrini militis ductor:cui īter cætera maledicta & illud obiecit maioribus illo ſe uſum amaſiis. Apollōidi itē cuidā exprobrauit:pforatis eē eū auribus dicens:poſt aſcēſū uero & pōticas clades fœderaq; a Seutho odryſoꝝ rege uiolata:ſe in aſiā contulit ad Ageſilaū lacedæmonioꝝ regē:Ciriq; milites illi ſub mercede præſtitit:

ac ſe illi penitus deuouit:amiciſſim uſq; fuit.Qu o tẽpore ꝙ laconicas partes tu
eri uidereť:exilio dãnatus ab athenienſibus ẽ.ꝓfectus deĩde epheſum dimidiũ
auri quod ſecũ tulerat Megabyzo Dyanæ ſacerdoti ſeruandũ tradit quoad re/
uertereť:Sinautem ſtatuã ex eo cõfectam deo conſecrare iubet:ex dimidio reli/
quo donaria ĩ Delphos miſit:inde cum Ageſilao in græciam ad bellum contra
thebanos ꝓfectus ẽ lacedæmoniis cõmeatum illi ſupeditantibus.Hinc iã omiſ
ſo Ageſilao in agꝛ heleæ ſcilluntem uenit ab urbe paruo ſpacio diſſeparatum.
Sequebãtur aũt illum & Muliercula Phileſia noĩe:ut refert Demetrius magne/
ſius:& duo liberi Gryllus ac Diodorus ut ait Demarchus ĩ libro de repudio ad
uerſus Xenophontem:qui etiã gemini uocati ſunt.Aduenĩete uero Megabyzo
ſub occaſione publicæ feſtiuitatis receptis pecuniis prædiũ emit & deæ cõſecra/
uit: qđ amnis ĩterfluit Selenus epheſino fluuio æquiuocus.Hinc iã uenatiõib3
ĩſtabat:amicis cõuiuia faciens hiſtoriaſq; conſcribẽs.Refert Demarchus lacedæ
monios illi domũ agrũq; dediſſe.Philopidã præterea Spartiatam aiunt ad eum
illuc dono miſiſſe Mãcipia ex dardãia captiua abducta:ipſumq; arbitrio ſuo il/
la diſpoſuiſſe quo tẽpore helienſes ĩ ſcillũta cũ exercitu profectos lacædemoniis
remorãtibus agrum cepiſſe.Tum uero Xenophõtis liberi cum paucis ſeruis clã
ſe ſubducentes in lepræũ conceſſere.Xenophon quoq; ipſe in elim primo:poſt/
modũ in lepræum ad filios uenit:atq; inde cum illis Corinthũ ꝓfectus illic po/
ſtea domiciliũ habuit.Interea cũ decreuiſſent athenienſes afflictis lacedæmoni/
orum rebus opitulari:filios athenas militaturos ꝓ lacedæmoniis mittit : apud
Spartanos ꝗppe ĩſtituti fuerãt ut refert Diocles ĩ uitis philoſophoꝝ:ex ea pugna
diodorus nullo præclaro facinore illuſtris euaſit:eiq; filius ex fratris noĩe fuit
Porro gryllus ĩter equites fortiſſime dimicans:erat aũt ea pugna circa mantiniã
honeſta morte defungiť magr̃o eqtũ Cephiſodoro:& Impatore exercitus Age/
ſilao:ut ait Ephorus in quinto & uiceſimo hiſtoriaꝝ libro:ĩ ea dimicatiõe epa/
minondas thebanoꝝ dux cecidit.Ferť Xenophõ coronatus ſacrificaſſe:& cum
filiũ corruiſſe didiciſſet:coronã depoſuiſſe:ubi uero acriter pugnantem oppetiſ
ſe cõperit:eã rurſus capiti ĩpoſuiſſe.Sũt qui illũ ne lacrymatũ qdẽ dicãt ſolumq;
dixiſſe:ſciebã me gẽuiſſe mortalẽ.Refert Ariſtoteles Grylli laudes:& epitaphia
tũc ĩnumeros ſcripſiſſe:partim ut eius uirtus celebris fieret: partĩ itẽ ut prĩ gra
tificarenť.Socratẽ itẽ Grylli laudes cõſcripſiſſe Hermippus teſtis eſt in libro de
uita Theopraſti.Timon eũ ut ſolet:carpit.Hæc uita Xenophontis fuit.florebat
maxime q̃rto ãno nonageſimæ & q̃rte olympiadis:aſcenditq; cũ Cyro ſub prĩ
cipe Xenæneto ãno uno ãte Socratis mortẽ.Obiit aũt ut ait Steſiclides athenĩe
ſis ĩ deſcriptõe prĩcipũ & olympionicũ ãno primo centeſime qnte olympiadis
ſub prĩcipe callide mede ſub quo & Philippus Amyntæ filius macedonius re/
gnabat.Obiit corĩthi ut ait Demetrius magneſius:ad maturã iam ꝓuectus ſene
ctutẽ:uir ꝑfecto cũ ĩ cæteris preſtãs & bonus:tũ equoꝝ uenationiſq; ac diſcipli/
næ militaris ĩ primis ſtudioſus:ut ex libris ſuis ĩtelligi dať.Religioſus præterea
& ſacrificiis ĩtẽtus:ex eoq; fibras diiudicaŕ doctus & Socratẽ ad unguẽ imitatus.
Scripſit aũt q̃dragĩta libros: aliis aliter eos diuidẽtibus aſcenſũ Cyri cuius ꝑ ſin

gulos libros:non autem totius operis prohemium fecit:Cyri inſtructionem:cyri pædiã:græcas res & cõmẽtaria ſympoſiũq́ʒ:& œconomicũ:& de equeſtri:& de uenatõe.Hirppachiũ præterea & Socratis Apologiã & de ſeminibus. Hieronem quoq́ʒ ſiue Tyrãnicũ:Ageſilaũq́ʒ:& Atheniẽſiũ ac lacedæmonioꝝ ciuilitatẽ:quã nõ eſſe Xenophõtis demetrius Magneſius teſtat̃.fert̃ & Thucydidis libros eatenus latẽtes cũ ſubducere poſſet:ipſe prior in eius uiri gloriã in lucẽ dediſſe.Appellabat̃ aũt muſa attica:pro dulcedine eloquii & incredibili facilitate.Quocirca & ſe inuicem ipſe ac Plato emulabantur:ut ſuo loco cum ad Platonem uenerimus dicemus.Sunt autem & in hunc nobis epigrammata ſic ſe habentia.

Non ſolum ad perſas Xenophontem aſcendere cyrrus
Fecit:at ille iouis ſiquis agat repetit
Namq́ʒ ſuæ oſtendens doctrinæ dogmata græca.
Socrati atq́ʒ bonum quam meminit ſophia.
Aliud ut mortuus eſt.
Cecropis & cranei Xenophon ſi ciuibus actus
  In exilium es:amici gratia cyrri
Hoſpitis excepit:ſed te ſtudioſa corinthus.
  Sic placeat illic & manere nouiſti.

Inueni alibi claruiſſe illũ circa octogeſimã & nonã olympiadẽ una cũ Socraticis cæteris.Iſtrus aũt aſſerit illũ ex decreto eubuli exulaſſe:eiuſdẽq́ʒ poſtea ſnĩa rediſſe.Septẽ uero fuere Xenophõtes:primus hic ipſe:ſecũdus Atheniẽſis pythoſtrati illius frater:q̃ theſeidos poema cõpoſuit:q̃ iter cætera Epaminõdæ quoq́ʒ uitã cõſcripſit:ac Pelopidæ:tertius Cous medicus:q̃rtus q̃ Hãnibalis hiſtoriã ſcripſit:quintus q̃ ꝓdigia fabuloſa cõmẽtus ẽ:ſextus parius ſculptor egregius:ſeptimus antiquæ comœdiæ poeta.

Aeſchines.

AEſchines charini lucanicas uẽdẽtis ſiue ut uolũt lyſamæ filius Athenienſis a puero miræ Indolis:laborũq́ʒ patiẽtiſſimus fuit. Quocirca & a Socrate nunq̃ diſceſſit:atq́ʒ ideo Socrates de illo dicere ſolebat:ſolus nos honorare nouit Aeſchines.Hũc Idomeneus tradit in carcere fugã Socrati ſuadere tẽtaſſe:non Critonẽ:ueꝝ Platonẽ cũ amicior eſſet Ariſtippo Critoni uerba illa accõmodaſſe.uocatur in ius Aeſchines:& ĩprimis a menedemo eretriẽſe:quod Socratis noĩe dialogos cõplures ĩuexerit:quos a xanthippe ſe accepiſſe memorabat:ex q̃bus illi ſunt qui uocant̃ acephali nimiũ flaccidi nec Socraticã robuſtitatẽ aut copiã præ ſe ferẽtes:eos tamẽ Aeſchinis non eſſe periſtratus epheſius aſſerit.Sed & plures ex ſeptenario illo numero perſeus refert paſiphõtis eretrici eẽ:atq́ʒ ab eo aeſchinis ĩſertos libris.Antiſthenes quoq́ʒ paruũ Cyꝝ:& minorẽ Herculẽ:& Alcibiadẽ cæteroꝝq́ʒ libros ab eo fuiſſe compilatos. Sũt aũt Aeſchinis dialogi qui ſocraticũ exprimũt morẽ ſeptẽ iſti:primus Milciades:ideo quodãmodo ĩbecilior eſt:deĩde callias:tũ Axiochus:Aſpaſia:alcibiades Telauges:& Rinon.aiũt ipm̃ ĩopia adactũ ueniſſe in Siciliã ad dionyſium:atq́ʒ a Platone deſpectũ ab Ariſtippo fuiſſe illi cõmẽdatũ:ibiq́ʒ ꝑlatis dialogis quibuſdã accepiſſe munera:demũ Athenas reuertiſſe:ibiq́ʒ minime philoſophari auſum

ꝙ illic Platonis & Ariſtippi eſſet clariſſimum nomen:auditores ſibi ſub merce/
de quæſiuiſſe:deĩde in defenſionẽ ĩnocẽtium ſe ad ſcribẽdas orõnes iudiciales cõ
uertiſſe:atq; ideo Timonẽ de illo dixiſſe referũt:ꝙ in ꝑſuadẽdo potẽs fuerit. Aiũt
illi dixiſſe Socratẽ cũ præmereť ĩopia ut a ſeipſo uſuras exigeret ſibi ſubducendo
cibaria. Huius dialogos Ariſtippus etiã ſuſpectos habuit. Deniq; dũ eos Megaris
legeret reprehẽdiſſe ferũt:ac dixiſſe unde tibi iſta latro? refert Polycritus mẽdeſi
us in primo de dionyſio uixiſſe illũ cũ Tyrãno iugiter quoad tyrãnide exciderit:
& uſq; ad Dionis in Syracuſas reditũ:cũ illo aſſerẽs & Carcinũ comicũ fuiſſe. ferť
& eius ad dionyſiũ epiſtola. Erat aũt ĩ arte oratoria maxime exercitatus ut ex ea
oratione quã pro defenſione pr̃is Phæacis magiſtri Militũ ſcripſit:& ex eo ꝙ gor
giã leontinũ imitatus eſt maxime cõſtat. Scripſit aũt & lyſias orationẽ cõtra illũ:
quã ĩſcripſit de calũnia. Ex quibus profecto liquet oratorẽ præcipuũ fuiſſe:erat
ei & familiaris quidã Ariſtoteles noĩe cognomẽto mythus. Panætius oĩum So/
craticoꝝ ueros eẽ dialogos cẽſet: Platonis: Xenophõtis: Antiſthenis: Aeſchinis:
de phædonis tantũ & euclidis ambigit:cæteros dãnat. octo aũt fuerũt hoc noĩe:
primus hic ipſe:ſcd̃us q artẽ oratoriã ſcripſit:tertius orator Demoſthenis æmu
lus:q̃rtus Arcadia ꝓfectus Socratiſq; diſcipulus:q̃ntus Mitylenæus:quẽ & flagel
lũ oratoꝝ uocabãt:ſextus neapolitanus Academicus philoſophus melãdii rho/
dii diſcipulus idẽq; pædica:ſeptimus mileſius ciuilis ſcriptor:octauus ſtatuarius.

## Ariſtippus.

VRiſtippus genere Cyrenaicus fuit:ꝓfectũ uero Athẽas Socratis fa/
ma ꝑcitũ Aeſchines tradidit. Is ut ait phãias ꝑipateticus eteſius pri/
mus Socraticoꝝ mercedẽ exegit:& quæſtu phãtus ẽ:magr̃oq; pe/
cunias mittebat:cui cũ aliquãdo .xx. minas miſiſſet:ille eas cõtinuo
remiſit aſſerẽs deũ id ſibi nõ ꝑmittere. Diſplicebat id q̃ppe ſocrati:Xenophõ quo
q; aduerſus eũ ĩfeſto fuit aĩo. Quocirca & libꝝ contra uoluptatẽ ĩ Ariſtippũ ſcri
pſit aſſertorẽ uoluptatis:eãq; Socrati diſputationẽ aſſignauit. Theodorus quoq;
ĩ libro de ſectis illũ cõuitiis agit:& Plato ĩ libro de aĩa ſicut ĩ aliis memorauimus.
Erat aũt ei ĩgeniũ facile:& cõgruere loco tp̃i ꝑſonæ nouerat:oẽmq; cõueniẽtiæ ſi
mulare rõnẽ. Quãobrẽ & dionyſio plus cæteris ꝓbabať:q̃a ad oẽ q̃d emergeret
bene affectus inſtructuſq; uidereť. Nã ut ꝑcipiebat præſẽtiũ uoluptatẽ:ita ut ab/
ſẽtibus frueretꝰ nõ laborabat. Vnde & diogenes ipm̃ regiũ appellabat canẽ:eũq; ti
mon ut nimis delicatũ acriter mordet. aiũt illũ aliquando iuſſiſſe ꝑdicẽ q̃nq̃gita
drachmis emi:Tãtũ luxuriæ grauiter ferẽte quodã reſpõdiſſe:Tu iſtã obolo non
emeres:& cũ annuiſſet ille:mihi uero ĩq̃t q̃nq̃gita drachmæ tãtũ ualẽt. Tres for/
moſas meretrices ei ĩ cõſpectũ dari aliquãdo dionyſius iuſſit:eũq; quã ex illis uel
let eligere:Tũ ille tres ſimul abduxit:dicẽs neq; paridi tutũ fuiſſe ꝙ unã p̃tulerit
cæteris. Eas igiť ad ueſtibulũ uſq; deduxit ac dimiſit:adeo erat & ĩ ligẽdo & ĩcc/
tẽnẽdo facilis:lõq; ſtratonẽ ſiue ut alii uolũt Platonẽ ad eũ dixiſſe tradũt:Tibi ſo
li & chlamydẽ & pãnũ ferre datũ ẽ. cõſputus a dionyſio modice tulit:eã ĩiuriã cũ
q̃dã ægre ferret:piſcatores ĩq̃t ut gobiũ rapiãt:mari patiũť aſꝑgi:& ego ut balenũ
accipiã:nõ patiar excreatõe reſꝑgi? Prætereũtẽ quãdoq; Diogenes olera abluens

obiurgauit & dixit:Iſta tu ſi parare tibi didiciſſes:Tyrannoꝝ aulas non adeo fœ-
dus aſſentator adires.Tu uero ait ille:ſi quidē conuerſari cum hominibus ſcires:
olera profecto nō lauiſſes.Interrogatus quidnā ſibi ex philoſophiæ ſtudiis quæ-
ſiſſet:Poſſe īquit oībus fidēter loqui.Cum ꝓbro ſibi dareť ꝙ præcioſe & exquiſi
tiſſime uiueret:ſi uituperādū ait hoc eſſet:in celebritatibus deoꝝ profecto nō fie
ret.Rogatus aliquādo quid habēt amplius philoſophi:ſi omnes īquit leges inte-
reāt ſimiliter uiuemus.Percontanti dionyſio cuius rei gratia philoſophi diuitū
limina terūt:philoſophoꝝ uero diuites nō ita:ꝙ illi īquit ſciūt quibus īdigēt:iſti
neſciūt.Interrogatus quo differāt docti ab īdoctis?quo īquit domiti equi ab ido
mitis.Ingreſſus aliquādo meretricis cellulā:cū erubeſceret quidā ex his qui cū eo
erāt adoleſcētibus:nō īquit īgredi ſed egredi nō poſſe turpe eſt.Cum a quodā ſibi
ꝓpoſitū eſſet Enigma & ut ſolueret īportune ab eo ipſo qui ꝓpoſuerat requireť:
quid īquit O ſtolide uis ut ſoluā:quod etiā īuolutū nobis negotia præbet?Meli-
us eſſe dicebat mēdicū euadere ꝗ īperitū.Illic enim pecuniis:hic humanitate īdi-
getur.Cū aliquādo cōuitiis ageretur abibat:īſectatore uero proſequēte ac dicēte
cur fugis?quoniā īquit maledicēdi tu poteſtatē habes:ego nō audiēdi.Indignāti
cuidā ac dicenti cur philoſophos cerneret ſemper obſidere diuitū fores:& medi-
ci inquit languentiū ianuas frequētant.Non tamen ideo quiſpiā īfirmari mallet
ꝗ mederi.Corīthū nauigabat aliquādo & cum tēpeſtate iactaretur turbari cæpe
rat:in ea perturbatione cuidam īſultanti ac dicenti:Nos īperiti non metuimus:
uos philoſophi cur trepidatis?non enim inquit de eadē aut ſimili anima utriſqꝫ
noſtrum cura & metus īcumbit.glorianti cuidā quod multa didiciſſet:ait ſicuti
non hi qui plurima comedunt & exercētur melius ualēt ꝗ qui ſumūt neceſſaria:
ita non qui plurima:ſed qui utilia legerunt ſtudioſi habendi ſunt & eruditi.ora-
tori qui cauſam pro ſe dixerat & uicerat:ſciſcitanti quid te adiuuit Socrates?hoc
inquit ut oratio quā pro me & de me habuiſti:uera ſit?Aretam filiam præclaris
monitis inſtituebat docens eſſe nimietatis contēptricē.Rogatus a quodā quonā
melior euaſurus eſſet filius ſi erudiretur:& ſi nulla īquit alia in re cærte uel in the
atro non ſedebit lapis ſuper lapide.cum ſibi quidam commendaſſet filium:quin
gentas poſtulauit Dragmas:cui ille cū diceret tanti emere mancipiū ualeo:Eme
inquit & habebis duo.Pecuniam ſe ab amicis accipere dicebat:non ut ipſe utere-
tur ſed ut ſcirent illi quas ad res pecunis uti conueniat:Probro illi ſemel obiicien
tibus cur in cauſa propria conduxerit rhetorem:atqui inquit & cocum dum cœ
nam facio conduco.cogente aliquādo dionyſio ut aliquid ex philoſophia loque
retur:ridiculū ait eſt:ſi quidē me ut loquar interrogas & quādo loqui oporteat
ipſe me doces.Ad hæc īdignatus dionyſius extremū oīum fecit accumbere.Sed
ille illuſtrem īquit hūc locum fieri & apparere uoluiſti.Gloriabatur quidam ac
ſibi applaudebat de natandi peritia:ad quem ille non erubeſcis inquit in his quæ
delphinis propria ſunt gloriari.Interrogatus quid differat ſapiens ab inſipiente:
mitte ait ambos nudos ad incognitos & diſces.Exultanti cuidam ꝙ multum bi
bens non inebriaretur:hoc inquit etia mulus facit.Ad eum qui ꝙ meretrici co-
habitaret arguebat:Dic age inquit nunquid differat eam domū accipere ꝗ mul-

tĩ aliquãdo inhabitauerint: aut quam nemo: Negãte illo quid inquit: Num diſferre putas ea naui ferri in qua innumeri ſæpe nauigauerit ſiue in qua nullus? Minime inquit ille: nũ ergo inquit differt: utri mulieri cogrediare ei ne quæ multis fuerit expoſita: an ei quæ nullis? Culpatus cur ex ſocratis diſciplina ueniẽs pecuniã acciperet: & merito inquit: Nã Socrates cũ ſibi plærique mitterẽt triticũ: & uinũ: paucis ĩ ſuos uſus reſeruatis: remittebat reliqua: habuit q̃ppe ille penuarios Atheniẽſium principes: Ego aũt Eutychidẽ emptitiũ ſeruum. Vtebatur & Laide meretrice ut refert ſotion in ſecundo ſucceſſionum libro: qua ex re cum ſugillaret a plurimis habere ſe Laidẽ reſpondit non a Laide ſe haberi: Nam continere ſe a uoluptatibus neque eis manus dare præclaꝝ eẽ: non earum ſibi uſum interdicere. Exprobrantem ſibi lautiores & delicatos cibos hac ratione compeſcuit: tu inq̃t iſta tribus obolis non emeres? Fatẽte illo: nõ tam igitur ĩquit ego uoluptati ſtudeo q̃ tu auaritie. oſtendebat ei ſimus dionyſii quæſtor magnifice inſtructas ædes & pauimẽta præcioſa: Erat autem phryx: tũ ille ſputa quãmaxime potuit ei in faciẽ cõiecit: Indignante illo nõ habui inq̃t opportuniorem locum. Charondæ ſiue ut quidam uolunt phædoni interroganti quiſnam eẽt unguentis delibitus: ego ĩquit ĩfœlix & me ĩfœlicior Perſaꝝ rex. Cæterum uide ne ut cæteræ animantes ꝓpterea nihil ſui iuris amittunt: ſic nec homo quidẽ. Mali uero male pereant Cynædi: qui unguenta præcioſa nobis exprobrãt. Platone magnifici illum apparatus & præcioſe ſuppellectilis ĩſimulãte: Num ait bonus tibi dionyſius uidetur? fatente illo: atqui uiuit inquit ille quam ego magnificentius. Nullo igitur impedimento ẽ ad bene uiuendum lautior uictus. Interrogatus quomõ Socrates obiſſet diem? utinam inquit ſic ego. Intrauit ad illum aliquando Sophiſta Polyzenus intuituſque mulieres compoſitas & magnifice inſtructum cõuiuium accuſare luxum eiuſmodi cæpit: Continuit ſe ille modice. ac demum potes ne inquit hodie nobiſcum eſſe? Et cũ ille annuiſſet? cur ergo ĩquit quereris? nẽpe. n. certum ẽ te nõ delicatiorẽ menſam accuſare ſed ſumptũ. Geſtabat eius famulus ĩ itinere pecuniam: & cũ premeretur onere: effunde ait quod nimis ẽ: & fer ea quæ præuales. teſtatur id Bion cũ aliquãdo nauigaret didiciſſetque nauẽ eẽ pyraticam: acceptum aurum numerabat: deinde quaſi ĩprudẽti & ĩuito lapſum e manibus iactauit in mare: ingemuitque grauiter. Sunt q illum & hæc dixiſſe memorent: melius eſt ut hæc ab Ariſtippo: q̃ ariſtippus ꝓpter iſta pereat. Interroganti dionyſio ad qd ueniſſet? ut ĩquit quæ habeo ĩpartiar: quæ non hẽo accipiã. Alii ſic eũ reſpondiſſe referunt. quando ſapĩa egebam Adii Socratẽ: nũc pecuniarum egens ad te ueni. Arguebat maxime hoĩes ꝙ ĩ auctiõibus qdem uaſa ĩſpicerent: uitam uero ne qcq̃ probarẽt. hoc alii diogenis ſuiſſe uolunt. Iuſſerat aliquando dionyſius ĩ conuiuio ut ſinguli ĩ ueſte purpurea ſaltarent: id Plato renuit dicens non poſſe ĩduere fœmineam ueſtem. Sũptã uero Ariſtippus ſe ĩduit. & cũ ſaltare ĩciperet: proprie prompteque dixit: Et inter bacchanalia pudicus nõ corrumpitur: Orabat aliquando pro amico dionyſium & cũ repelleretur ad pedes eius corruit: id factum cum argueret quiſpiam non ego inquit in culpa ſum: ſed dionyſius qui aures habet ĩpedibus. morabatur in

aſia:& cũ ab Artapherne ſatrapa fuiſſet cõprehenſus:interrogatus a quodam an ibi cõſideret:quaſi uero inquit O ſtulte magis unq̃ ſidẽs fuerim q̃ mõ ſum. Allocuturus Arthapherñe eos q liberalibus ĩbuti diſciplinis phiam neglexiſſent Penelopes aiebat procis eẽ ſimillimos:illos enim & Melãtho & polydoram & ancillas alias cũctaq; potius habere q̃ dominæ ſuæ nuptias ſperare potuiſſe. Simile q dam & ariſto dixiſſe fert. Vlyxem quippe cũ deſcẽdiſſet ĩ infernũ mortuos fere uidiſſe oẽs:allocutũq; eẽ:Reginam uero ipſam ne uidere qdem potuiſſe. Ariſtippus uero rogatus quænam iuuenes oporteat diſcere:ea inqt quæ uiris uſui futura ſunt. Exprobranti cuidã cur a Socrate ad dionyſium ſe cõtuliſſet:atqui ĩquit ad Socratem diſciplinæ indigẽs ꝓfectus ſum:Ad dyoniſium aũt pecũiæ egenus ueni. Multas iam pecunias conſecuto cũ diceret Socrates unde tibi tam multa:Ille inqt unde & tibi pauca. Dicẽte ſibi ſcorto ex te cõcipio:Nõ inqt hoc magis noſti:q̃ ſi ꝑ ſpinas dẽſiſſimas ꝑgens dicere poſſes iſta me pupugit. Cauſante quodã cur filiũ quaſi non ex ſe natũ ꝓiiceret:An uero ĩquit ignoramus & pituitam & pediculos ex nobis gigni:quæ tamẽ uelut inutilia q̃ longiſſime ꝓiicimus. Cum a dionyſio pecuniã ipſe:Plato libꝝ accepiſſet:Inſimulante ſe quodam ego inqt pecuniis ĩdigeo:Plato libris. ꝑcontãti cuius rei gr̃a ſe dionyſius argueret:eius ait cuius illũ arguũt cæteri. poſtulabat pecuniam a dionyſio:& ille dixiſti inqt nõ egere ſapientem. Da ĩquit ille & poſtea de his quæramus:& cũ觉 dediſſet:uides ne ait me nõ indigere. Dicẽte ad eum Dionyſio qui.n. ad tyrannũ ꝓficiſcit̃ illius eſt ſeruus q̃uis liber fuerit. Nõ ẽ inqt ſeruus ſi liber uenit:hoc diocles fert de uita philoſophoꝝ libro. Alii Platonem id dixiſſe tradũt. Iratus Aeſchini nõ multo poſt redibimus ait ĩ gratiã:neq; delirare deſiſtemus. Nũ expectabis quoad quiſpiam de nobis ſcurra loquat̃ ad Calicẽ? Et ille grato inqt aĩo:Memẽto ergo ait Ariſtippus q̃ ad te cũ maior eſſem natu prior acceſſi: Et Aeſchines recte ĩquit ꝑ Iunonem dixiſti:nã me multo ꝓfecto melior es:ego enĩ inimiciciaꝝ:Tu amicitiæ priceps fuiſti:Et iſta quidẽ de illo referũt. Fuerũt aũt ariſtippi quatuor:primus iſte de quo nobis ſermo ẽ:Secũdus q Arcadiæ hiſtoriã ſcripſit:Tertius qui q̃ a matre doctus eẽt Metrodidactos dictus eſt prioris nepos filiæ.ſ.filius Quartus ex noua Academia ꝓfectus:Huius aũt Cyrenaici philoſophi libri iſti memorant̃ tres hiſtoriæ lybicæ libri ad dionyſium miſſi:Dialogi.xxv. Alii quidẽ attica:Alii uero dorica locutioue ſcripti. Sunt aũt hi Artabazus ad naufragos:ad fugitiuos:ad pauperẽ:ad laidẽ:ad poꝝ:ad laidẽ:Itẽ de ſpeculo Hermias.in ſomniũ ad eum q præerat poculo. philomelus ad domeſticos:ad ĩcrepantes cur uetuſtũ uinum ſcortaq; poſſideret. Ad uituparãtes q̃ magnifice inſtrueret mẽſam. Epiſtola ad Aretẽ filiã:ad eũ qui ſeipſum exercebat in olympia ĩterrogatio:alia ĩterrogatio chria neceſſitas ad dionyſium:alia de imagine:alia de dionyſii filia ad eũ qui arbitrabat̃ ſe cõtẽptui & ignominie haberi:ad eũ qui cõſulere moliebat̃. Pleriq; illum & diatribaꝝ ſex libros explicuiſſe aſſerunt. Alii penitus ſcripſiſſe negãt: ex qbus ẽ Soſicrates rhodius. Porro & Sotion ĩ ſecũdo & panætius hæc illũ ſcripſiſſe referunt uidelicet de diſciplina de uirtute exhortatorius artabazus naufragii fugitiui diatribaꝝ libri.vi. neceſſitatum libri tres ad laidẽ. ad poꝝ. ad ſocratẽ de

fortuna.Finẽ uero declarauit lenẽ motũ ad ſenſum emanantẽ:Age uero quoniã
ipſius uitam deſcripſimus : Nunc eos qui ab illo fluxere Cyrenaicos ſuo ordi/
ne ꝓſequamur:Ex his alii quidem hegeſiacos annicerios alii:alii Theodorios ſe/
ipſos appellauere.Sed & illos nihilominus qui a phedone manarunt : ex quibus
Eretricos nobiliſſimos dixere. Sic aũt illorum ſeriẽ recẽſeamus. Ariſtippum au
diuit aretæ filia & æthiops Ptholomæus & Cyrenæus antipater.Aretæ uero au
ditor fuit Ariſtippus metrodidactos cognominatus.eius uero Theodorus prio
Atheos deĩde theos appellatus ẽ.Antipatrũ Epitimedes Cyræneus audiuit.eius
paræbates auditor fuit:paræbatis Hegeſias qui piſithanatos ẽ dictus & anice/
ris:a quo plato redẽptus ẽ.At enĩ qui Ariſtippi ĩſtituta ſeruauere:& ab illo Cy
renaici ſunt appellati hiſce opinionibus utunt̃.Duas perturbationes ponũt do
lorem & uoluptatẽ:uoluptatẽ lenẽ motũ:dolorem uero aſperum motum ap/
pellantes:nihil differre a uoluptate uoluntatẽ:neq; plus altera mulcere alteram:
atq; illã quidẽ cũctas animantes adſciſcere:hũc aũt aſpernari. Voluptatem autẽ
corporis intelligunt: quã & finem eẽ dicunt:ut ẽt Panætius ĩ libro de ſectis tra/
dit:nõ eam quæ ĩ ſtatu ſit:& doloris priuatione cõſiſtit:& ueluti a turbatione oĩ
quietem agit:quam ſuſcepit Epicurus finemq; conſtituit. Videtur aũt eis finis
a beata uita differre:finẽ quippe eẽ particularem uoluptatem:beatã aũt uitã ſiue
fœlicitatẽ uoluptatũ particularium conſtare cõuentu:quibus & præteritæ con
numerantur & futuræ:Particularẽ quoq; uoluptatẽ ꝓpter ſe eligendam:felici/
tatem uero nõ propter ſe ipſam:ſed ꝓpter particulares uoluptates expetẽdam.
Teſtimonio nobis eẽ finem habendã uoluptatẽ:ꝙ a pueris hãc nobis natura cõ
ciliauerit ẽt abſq; iudicio rationis:& cũ illa fruimur:nihil amplius inquirimus
ꝙq; nihil æque ad dolorem naturaliter fugimus:uoluptatem præterea bonum
eẽ ẽt ſi a turpiſſimis ꝓueniat rebus:ut ait Hippobotus ĩ libro de ſectis.Et ſi enĩ
fœda ſit actio:uoluptatem tamẽ per ſe ipſam eligendã eẽ bonũque exiſtimandã.
Porro illa doloris amotio quam tuetur epicurus eis non uidet̃ uoluptas eẽ:ne/
q; priuatio uoluptatis dolor:utraq; enim eẽ in motu cõſtituta: cũ nõ ſit motus
doloris uoluptatiſq; priuatio.Quippe doloris illa uacatio ueluti dormiẽtis ſta
tus ẽ:poſſe quoſdam aiunt uoluptatem minime appetere ꝑ animi ꝑuerſionem
nõ tamẽ oẽs animi uoluptates ac dolores ĩ corporeis uoluptatibus & doloribꝰ
fieri.Quippe q̃libet ſimplici ex patriæ ꝓſpitate ſiue priuata fœlicitate gaudium
gigni.Immo ne ex memoria quidẽ ſeu expectatione bonoꝝ uoluptatẽ ꝑfici di/
cunt quod placet epicuro.Nã tpe motũ animi effluere:ne ſolo qdẽ uiſu uel audi
tu uoluptates cõſtare poſſe:quãdo & eos qui lamẽta imitant̃: grate ac libenter
audimus:ueras autem lamentationes ĩgrate atque iniocunde.Porro priuatio/
nem huiuſmodi aut uoluptatis aut doloris medios ſtatus appellabant: Longe
tamen eẽ præſtantiores corporum q̃ animorum uoluptates:deterioreſq; cor/
poris q̃ animi angores:quocirca & his peccantes magis cruciari.Durius quip/
pe dolere:lætari uero familiarius & gratius arbitrabantur: Quo circa & ma/
ior illis erat corporis cura q̃ animi:Vnde cum inde quoque conſtet eligendam
uoluptatem:pleraque tamen quæ ſunt efficientia quarundam uoluptatũ cum

ſint moleſta ſæpe aduerſari:ut difficillima eis uideat uoluptatum cõgeries:quæ btãm uitã efficere nõ poſſit.placet aũt eis neq; ſapienté ſemp in uoluptate uiuere neq; rurſus iſipienté ſemp in dolore:ue℞ maiore ex parte ſic utrunq; affici.Satis aũt eſſe ſiqs uel per unã icidenté uoluptaté ſuauiter afficiat:prudentiã qdé bonũ eé aſſerũt:nõ aũt ꝑpter ſe ipſam appetẽdã:ſed eo℞ gfa quæ nobis ex illa ꝑueniũt: amicũ neceſſitatis cauſa amplectẽdũ.Nã & corporis partes q̃ diu adſũt adamari: uirtutes q̃ſdã ſtultis & cões eſſe:corporis exercitationé cõferre ad uirtuté capeſſé dã:ſapienté nunq̃ iuidia tẽtandũ:neq; cupiditati neq; ſupſtitõi nunq̃ ceſſu℞.Iſta .n.ex iani opinione contigere:metu tamé & dolore pulſandũ.Id qppe naturalr̃ fi eri:diuitias præterea uoluptates efficere:neq; per ſe appetẽdas:pturbatões ité cõ prehẽdi poſſe dicebãt:nõ aũt etiã ex qbus fiũt.Naturaliũ re℞ inqſitioné omitte/ bãt:qꝑ cõprehẽdi nõ poſſe manifeſte colligerét.Logicé ꝑpter ſũmũ eius uſũ attige bãt.Enimuero meleagri ſnĩa eſt in ſecũdo de opinionibus:& clitomachi i primo de ſectis eos & phyſicã & dialecticã æque aſpernari:poſſe.n.& apte dicere:ac ex/ tra ſupſtitioné eſſe:mortiſq; metũ effugere:qui rõné bono℞ malo℞q; didicerit. Nihilq; natura iuſtũ eſſe aut honeſtũ uel turpe:ſed cõſuetudine ac lege.Vir tamé bonus nihil agit neqter ob iminẽtia dãna: opinioneſq; iſauſtas euitãdas:eſſe aũt ſapienté ꝑpoſitũ eis ad ꝑfectũ qui uel in philoſophia uel i cæteris bonis & hone ſtis artibus nõ ſatis ꝑmouerũt.Aiũt & dolore affici aliũ alio magis:ſenſuſq; non ſemp uera renũciare.Verũenim hi qui dicunt hegeſiaci eãdé ſane de uoluptate ac dolore ſeruauere ſnĩam.præterea neq; gfam eſſe aliqd:neq; amicitiã:neq; bene/ ficẽtiã:qꝑ iſta nõ per ſe ipſa appetamus:ſed uſus ac neceſſitatis gfa:ac ꝑpter eos:q ſi ſint:illa nec ſubſiſtere qdé.eſſe aũt ipoſſibile accumulate contingere btãm uitã. Corpus qppe morbis multis paſſionibuſq; obſideri:aĩam uero corpori cõpati:& una turbari.cõplura ité quæ ſperemus a fortuna ipediri.ꝑpter iſta igit atq; hu/ iuſmodi btãm uitã nõ poſſe ſubſiſtere.Vitã præterea ac morté eligẽdã.natura ité ſuaue atque inſuaue nihil opinabant:cæte℞ ꝑpter re℞ uel raritaté uel nouitaté uel ſatietaté lætari alios: alios angi:diuitias uel pauptaté nihil ad uoluptatis uale/ re rõné: neque.n.aliter ea uoluptate diuites q̃ pauperes affici.Seruituté æque at/ que libertaté nobilitaté atque ignobilitaté gloriã uel ignominiã nihil differre ad uoluptatis modũ:atque iſipiẽti qdé expedire ſi uiuat.Id uero ſapiẽti idifferés eſſe. Sapienté ſui ipſius gfa cũcta factu℞:Aliũ qppe neminé æque ac ſe dignũ arbitra/ ri:quãlibet.n.igẽtia uideat ab eo cõſecutus:nõ tamé eo℞ quæ ipſe præſtiterit:me rita æq̃re. Tollebãt & ſenſus:ut qui certã nõ iferrét motioné:qui irrõnabilr̃ age/ re cũcta uiderent:eo℞ peccata ueniã dicebãt ꝑmereri:neque.n.ſpõte peccare ſed aliq̃ pturbatõe coactos.Nõ odio queq̃ habitu℞ ſed potius eruditu℞ Sapiẽté.nõ adeo in bono℞ electioné ihæſu℞ ut in malo℞ fuga finé cõſtituẽdo:ut neque in labore neque in dolore uiuat.Id qppe illis eſſe partũ qui circa efficiẽtia uoluptatũ neutrã i parté iclinatores ſunt.Porro annicerii i cæteris ab iſtis nõ diſſentiũt:Re/ liquũt aũt amicitiã i uita & gfam:honoréque aduerſus parétes & pro pfĩa præ/ cla℞ aliquod facinus.Quocirca quis moleſtias ſapiés ac negocia ſubeat:nihilomi nus beate uictu℞ & ſi minimũ uoluptatis illi ſuppetierit:Amicique fœlicitatem

non per ſe appetendam:neqꝫ enim proximi patere ſenſui:neqꝫ enim ſatis eſſe in
rōnem momenti ut conſidere poſſimus:& multoꝝ opinione celſiores euadere
oportere:denuo bene cōſueſcere:propter ĩolitã & ĩſitã nobis affectionẽ uicioſam
amicũ non ꝓpter uſum ac neceſſitatẽ ſolũmodo ſuſcipiendũ q̄ profecto ſi deſint
nō erit ille aduerſandus:Veꝝ etiã propter ĩſitã beniuolentiã:cuius gratia dolores
quoqꝫ eẽ ſubeũdos:quis.n.finẽ ĩ uoluptate cōſtituãt angãturqꝫ ſi illa priuari cōti
gat:ſpōte tamẽ ſuſtinẽdos dolores uolũt ꝓ ſũmo ĩ amicũ ſtudio affcũqꝫ ſingulari

## Theodori.

QVi aũt Theodorii ſunt appellati a Theodoro quẽ prædiximus tra-
xere cognomen:eiuſqꝫ decretis uſi ſunt.porro Theodorus ipſe oẽs
de diis opiniones ſuſtulit.Deniqꝫ librũ ipſius de diis ĩſcriptũ offen
dimus nō cōtẽnendũ:ex quo & Epicuꝝ cōplura ſumpſiſſe aſſerũt.
Audiuit aũt anniceridẽ dionyſiũqꝫ dialecticũ ut ait Antiſthenes in philoſophoꝝ
ſucceſſionibus.Finẽ opinatus eſt gaudiũ & mœrorẽ:Alteꝝ cōſtare prudẽtia:al-
teꝝ uero ĩprudentia:bonã eſſe prudentiã atqꝫ iuſticiã:mala uero cōtrarios habi-
tus:media uoluptatẽ & dolorẽ.Suſtulit & amicitiam ꝙ ea neqꝫ ĩſipientibus adſit
neqꝫ ſapientibus:in illis enim ſublato uſu amicitiã quoqꝫ euaneſcere:Sapiẽtes ue
ro cum ſibi ipſis ſufficiant amicis nō ĩdigere.probabile dicebat prudentẽ uiꝝ nō
ſe ipſum pro patria periculis exponere:neqꝫ enim pro ĩſipientiũ cōmodis amit-
tendã eſſe prudentiã:eſſeqꝫ patriã mundũ:furto quoqꝫ & adulterio & ſacrilegio
cum tẽpeſtiuũ erit datuꝝ munus ſapientẽ:Nihil quippe hoꝝ turpe per naturã
eſſe:ſed auferatur de hiſce uulgaris opinio quæ & ſtultoꝝ ĩperitorũqꝫ plebecula
cōflata eſt ſapientẽ publicæ abſqꝫ ullo depræhẽſionis rubore ſcortis cōgreſſuꝝ:
Agebatque iſtiuſmodi argutiis:nonne mulier litteris ĩſtructa utilis erit:quia lit-
terata eſt?aſſentiebat̃:& puer itidẽ & adoleſcẽs utilis erit:quia litteraturã callet?
Ita ſane:Et mulier igit̃ utilis eſt q̄a pulchra erit:Et puer & adoleſcẽs utilis ꝓfecto
erit:q̄a formoſus eſt:Cōcedebat̃.Et puer igit̃ & adoleſcẽs pulcher ad hoc erit ꝓfe
cto utilis ad quod formoſus natus eſt:Aſſentiebat̃.eſt aũt utilis ut ei congredia-
mur:Quibus cōceſſis ĩferebat:Si q̄s itaque utat̃ eiuſmodi cōgreſſione:quãdo id
utile eſt nō peccabit:Neque igit̃ ſi utat̃ pulchritudine dũ id utile eſt peccat.His
igit̃ atque huiuſmodi ĩterrogatiũculis auditores capiebat.Videt̃ aũt idcirco ap
pellatus deus ꝙ cũ illũ ſtilpo percōtatus eſſet:putas ne theodore te id eſſe quod
diceris?atque ille fateret̃:Deus ergo ĩquit es?id cũ ille grate accepiſſet:Subridens
ait atqui O fatue ea ratione & cornicẽ te eſſe fatereris:& alia huiuſmodi ĩnume-
ra.Cum aſſideret aliquando Theodorus Euryclidi hierophãtæ:Dic mihi ait Eu
ryclides qui nam ſunt qui circa myſteria ĩpii ſunt:cum reſpōdiſſet ille:eos eiuſce
criminis reos teneri qui ea nec dum initiatis aperirẽt:& tu ergo ĩquit ĩpius es:q̄
iſta nōdũ initiatis pandis.Paꝝ aũt abfuit:q̄n periclitaret̃:ille abduci in auriũpa-
gũ niſi eũ Demetrius phalereus eruiſſet.Ambicrates uero ĩ libro de uiris illuſtri-
bus ait illũ dãnatũ uenenũqꝫ bibiſſe.Cũ uero apud Ptolemæũ lagi filiũ moraret̃
Legatus aliquãdo ad Lyſimachũ ab illo miſſus eſt:magna uero fidutia utenti ait
Lyſimachus.Dic mihi Theodore non ne tu Athenis excidiſti?Et ille ĩquit:Nam

me Athenienſiũ Ciuitas ferre non ualens: nõ ſecus ac ſemele dionyſium expulit. rurſus dicenti Lyſimacho: Caue ne ulterius ad nos ꝑficiſcare: non inqt reuertar niſi me mittat Ptolemæus. Aderat mythrus lyſimachi diſpenſator: is cũ diceret uideris nõ ſolum deos uerũ & reges ignorare: quo pacto illos ignoro: quãdoqdẽ te diis inimicũ puto. ferṫ cũ aliquãdo corynthũ ueniſſet: magna diſcipulorũ turba comitatus: & metrocles cynicus ſcandicas ſilueſtre olus abluens ei diceret: at o ſophiſta nequaq̃ multis diſcipulis egeres ſi olera dilueres: dixiſſe & tu ſi cũ hominibus cõuerſari didiciſſes: profecto iſtis oleribus non uterere. Simile quidam ut ſuo loco diximus de diogene & Ariſtippo memoraṫ. huiuſmodi theodori fuiſſe uitã ac doctrinam cõperimus. Demũ uero cyrenẽ ꝓfectus apud mariũ cũ grãdi honore diutius uixit: ubi cum primũ eiicerenṫ: nõ ĩlepidum quiddam dixiſſe ferṫ. Male inqt facitis uiri Cyrenaici: q me ex libya ĩ græciam exulem agitis. Fuerunt aũt theodori uigĩti: Primus Samius rhœci filius q conſuluit carbones ſundamẽtis epheſini tẽpli ſubiici. Nã cũ humidus eſſet locus carbones ait omiſſa ligni natura ſoliditatẽ accepiſſe humori iuiolabilem: Secũdus Cyrenaicus geometra: cuius & Plato auditor fuit: Tertius hic ipſe philoſophus: Quartus cuius ferṫ libellus de uocis exercitatione: Quintus qui de legiſlatoribus ſcripſit: a terpãdro initiũ ſumẽs: Sextus ſtoicus: Septimus qui romanas res cõſcripſit: Octauus ſyracuſanus qui de re militari ſcripſit. Nonus Bizãtius in cauſis ciuilibus clarus: Decimus ſimiliter cuius & Ariſtotiles in oratorũ epitonie mentionem facit: Vndecimus Thebanus ſculptor: Duodecimus pictor: cuius & polemo meminit: Tertius decimus Atheniẽſis pictor: de quo menodotus ſcribit: Quartus decimus epheſius pictor cuius theophães in libro de pictura meminit: Quĩtus decimus epigrãmatũ poeta: Sextus decimus diu de poetis ſcripſit: Septimus decimus medicus Athenei diſcipulus: Octauus decimus Chius philoſophus ſtoicus: Nonus decimus mileſius & ipſe philoſopbus Stoicus: Viceſimus tragædiarũ ſcriptor.

## Phædon.

PHædon eliẽſis nobili ex familia cũ patria una cõprehenſus coactus ẽ intra cellulã inſami ſe quæſtui addicere. Adiecto tamẽ oſtiolo Socratis cõtubernio magiſtroq; fruebaṫ: quoad ipſum alcybiades ſeu crito ſocrate monente redimeret: ex eo iam liberaliter philoſophabaṫ. hũc Hieronymus ĩ libro de aſſenſu retinẽdo ſeruum fuiſſe aſſeuerat. Scripſit aũt dialogos de quibus nihil dubitabaṫ Zopyrũ & Simonẽ: De nicia controuerſia eſt: Medũ quem æſchinis eẽ pleriq; tradunt: Alii uero polymeni: Anthimachũ ſiue ſenes & de hoc ãbigiṫ: Scythicos ſermones etiã quidã æſchinis eẽ aſſeuerant. Succeſſor aũt eius fuit pliſtanus elienſis: & ab eo tertius menedemus eretricus Aſelepiadeſq; ph liaſius a ſtilpõe diriuãtes atq; ad hos uſq; eliaci ſũt appellati: A menedẽo aũt eretriaci de quo poſtea dicemus: idcirco q; & ipſe ſectæ princeps atq; auctor fuerit.

## Euclides.

EVclides a megaris oppido quod Iſthmo adiacet ſiue iuxta quoſdam gelous: ut ĩ ſucceſſionibus tradit alexãder ꝑmenidis librorũ ĩprimis ſtudioſus fuit. Ab eo megarici denoĩati ſunt q poſtea eriſtici poſtre

mo dialectici dicti ſunt.ſ.quos ita prius dionyſius cartaginenſis idcirco appella/
uit:q̄ iterrogando ac reſpōdēdo ſermones libroſq̄ cōponerent. Ad hūc ait Her/
modorus poſt Socratis mortē ueniſſe Platonē ac phōs reliquos metu atrocita/
tis tyrānoꝝ cōpulſos.hic bonū eē unū definiuit multis noībus celebre: Aliquā/
do enī hoc dici prudētia:quandoq̄ deū:alias mentē appellari:& huiuſmodi cæ
tera.Quæ bono aduerſa uiderent ſuſtulit:ea ne eē qdē dicēs:utebaturq̄ ꝓbatio
nibus:nō his quæ ꝑ aſſūptiones:ſed quæ ꝑ concluſiones fiunt.Diſputationē itē
quæ fit ꝑ ſimilitudinē ſuſtulit dicens illā ſane aut ex ſimilibus cōſiſtere aut ex diſ
ſimilibus:& ſi ex ſimilibus cōſiſtit:circa ipſa potius:q̄ quibus ſunt ſimilia uerſa/
ri orōnem debere: Sin aūt ex diſſimilibus ſuperuacaneā eē cōparationē. idcirco
igiť & timon illū una cū cæteris Socraticis mordet nullius ſibi hoꝝ curā eē di/
cens nō phædonis:nō alterius cuiuſpiam:neq̄ euclidis q̄ megarenſibus cōtētio
nis rabiē iuexit.Dialogos aūt cōſcripſit ſex lampriam:æſchinē:phœnicem:Cri/
tonem Alcybiadem:Amatorium.Porro ex euclidis ſucceſſione eſt & eubulides
mileſius qui & plurimos in dialectica modos rōneſq̄ interrogandi tradidit mē
tientem.ſ.& deliteſcentē & electram & inuolutum & ſoritē & corneam caluū
& iſtum non defuit ex comicis qui carperet.

Eubulides contumelioſus corneam
Interrogans falſis ianibus uerbis:
Inter & rhetores receſſit hic uerſans:
Demoſthenis rhouiſtomilithram habens.

Videtur demoſthenes hunc audiuiſſe:& cum.ρ. litteram ꝓnunciare uix poſſet:
emendaſſe iugi exercitio.Neq̄ item obſcurum eſt eubulidem aduerſus Ariſto/
telem inimico animo fuiſſe:eumq̄ in plurimis reprehendiſſe:inter cæteros ue/
ro qui ex eubulidis ludo manauerant: Alexinus elienſis fuit uir acer & conten/
tionis uiribus ac neruis clarus:unde & elenxinus cognominatus ē.Maxime aūt
zenoni infeſtus erat.Hunc ait hermippus ex elide in olympū ꝓfectū ibiq̄ philo
ſophatū.Diſcipulis aūt rogantibus cur illic moraretur dixiſſe:uelle ſectam iſti/
tuere:quā olympiacam uocatum iri.Illos uero cum rerum omnium penuria &
præterea iſalubri loco affligerentur ab eo receſſiſſe:iamq̄ alexinū ſolum ac de/
ſertum uno tantum famulo comite ibi remoratum: poſtea dum nataret in al
pheo flumine arundinis acumine punctum uita exceſſiſſe:& ē in ipſū nōſtrum
epigrāma ita ſe habens.

Non erat igitur inanis illa fabula.
Miſer pedem quidam natans q̄ transfixit.
Clauo grauis.n.uir ana alpheum
Fixus calamo obiit Alexinus tranſiens.

Scripſit non ſolum aduerſum zenonem uerum & alios complures libros & ad
ephorum hiſtoricum.Ex eubulidis diſciplina & euphantus fuit olympius qui
temporis ſui conſcripſit hiſtoriam. Scripſit: & tragœdias plurimas quibus in
certaminibus maxime probatus fuit:& præceptor antigoni regis ad quem leti/
am librum de regno ſcripſit perutilem atque laudatiſſimum: uitam uero ſe/

nectute finiuit: fuerunt & alii complures auditores eubulidis: ĩter quos & apol-
lonius cronus & diodorus: amenii filius iaſeus & ipſe cognominatus cronus: de
quo & callimachus ĩ epigrãmatibus in hunc ſenſum loquit᷑. Ipſe hic parietes ita
inſcribebat Cronus ē ſapiens: erat & iſte dialecticus: primuſq; ĩueniſſe a quibuſ-
dam exiſtimatus ē inuolutũ & corneum differendi genus. Hic apud ptolomæ-
um Soterē cõmorans cum a Stilpone ſermones quoſdam dialecticos interro-
gatus extemplo nequiſſet exoluere: a rege ĩcrepitus cronuſq; ĩ iurgio uocatus cõ
uiuium deſeruit: egreſſuſq; libꝝ de ea ꝓpoſitione conſcripſit: uitãq; mærore fi-
niuit: eſt ĩ ipſum nr̃um epigrãma ĩ hunc modũ.

Crone diodore quis dolore dæmonum
Te corripuit in tartarum ut te ieceris.
Stilponis haud ſoluens enigmaticos uerſus:
Cronus es repertus extra. ρ. & κ. certe.

Fluxit & ab Euclide Ichthyas metalli filius uir illuſtris: ad quem Diogenes Cy-
nicus dialogum ſcripſit. Clinomachus item thurius ꝗ primus de ꝓloqis & pre-
dicamentis & cæteris huiuſmodi ſcripſit: & Stilpo megarenſis clariſſimus phi-
loſophus de quo nunc dicendum eſt.

## Stilpo megarenſis.

STilpo megarenſis eius oppidi quod ĩ græcia ē audiuit quoſdã ex Eu-
clidis familia. Alii ipſius euclidis auditorem tradũt: Thraſymachi eti-
am corinthii illius ꝗ ichthyæ familiaris erat: ut ait heraclides. In tan-
tum uero & ĩuentione & eloquentia & ſapĩa præceſſit alios: ut parũ
abſuerit quin oĩs græcia ĩ illum intenta in Megara trãſiſſe diceretur.
De eo philippus megaricus ita ferme retulit a Theophraſto ꝗdem metrodorus
illum ſpeculationis ſtudioſum & timagoram geloum auulſit: Ab ariſtotele aũt
Cyrenaico clitarchũ & ſimmam: Porro a dialecticis pæoniũ ꝗdem ab Ariſtide:
diphilum aũt boſporianum euphanti & myrmecem exæneti filium: qui ad ſe
arguendũ uenerãt utroſq; ſui ſtudioſos habuit. Præter hos itaq; phraſidemum
peripateticum phyſicumq; peritiſſimũ ad ſe adtraxit: alcimũq; oratorem oĩum
ꝗ in grætia tum florebant ĩ arte oratoria eminentiſſimum. Cratē qui ĩſup & cõ
plures alios ĩ ſua retia induxit: phœnicēq; zenonem ĩ ſuum auditorium ſubdu
ctum aliis cum cæteris admiſit. Erat præterea maxime ciuilis: ac preter uxorem
quã duxerat: nicarete etiã pellice utebat᷑: ut honetor ait: filiãq; paꝝ pudicam ge-
nuit: quam duxit Simmias Syracuſanus neceſſarius ſuus. Hæc dũ laſciuius ui-
ueret: Stilponiq; a quodam renũciatum eſſet eam ſibi probro eē: nõ igr̃ iſta ma
iori mihi ꝓbro ē quã ego illi ornamento. ſuſcepit hũc honorifice ut aiunt & pto
lemæus Soter cũ megara ipſius urbē uictor obtinuiſſet: ac tradita ſibi pecunia
oraret ut ĩ ægyptum ſecũ nauigaret: Tum ille pecuniæ modicũ ſuſcepit eamq; ꝑ
fectionē renuens ĩ æginam cõtendit: quoad ille remearet. Demetrius quoq; an-
tigoni filius: cũ cæpiſſet megara domum illi reſeruari cũctãq; direptã ſubſtanti
am reſtitui curauit. Vbi cũ ea quæ amiſerat ut in ſcriptis ſibi traderet moneret:
nihil ille ſuum ſe ꝑdidiſſe reſpondit: quippe doctrinam & eruditionem ſibi ade

miſſe neminē:reliquāq; ſibi eſſe & eloquentiā & diſciplinā:atq; illū erga mortales beneficiētiæ admonuit tāta orōnis ui:ut rex illius iam ſtudioſus ꝑſus auditor fieret. Aiunt illū ita quēdam de phidiæ minerua cōpellaſſe. Num inqt Minerua iouis filia deus ē:cū uero annuiſſet ille dixiſſe:at iſta nō iouis ſed phidiæ ē: cōcedebat:Nō ergo īquit ipſa dea ē. Qua ex re cū ī auriumpagū pertractus fuiſſet:nihil inficiatū referūt:imo recte ſe locutum aſſeruiſſe. Nō enim deū eſſe ſed deam:deos quippe mares eē. Areopagitas tamē nihilo placatiores factos iuſſiſſe cōtinuo ipſum urbe excedere: quo etiam tempore theodoꝝ cognomento deū iurgio dixiſſe. Vnde hoc nouerat Stilpo? Num amota palla ipſius īſpexerat? erat iſte ꝑfecto audaciſſimus:ueꝝ Stilpo uir cōpoſitiſſimus & maxime facetus: Deniq; cū rogaſſet illum crates an dii præcationibus ac diuinis honoribus gaudeant:noli me inquit o fatue in uia de hiſce rogare:ſed ſolum rogare ac ſeorſū:hoc ipſum & Bionē interrogatū an ſint dii dixiſſe tradunt:ne turbam a me auertas execrabilis ſenex? Fuit Stilponi īgenium ſimplex:neq; ulla ſimulatiōe fucatum: ita ut īperite quoq; cōcioni ſe accōmodare nullo negotio poſſet. Crate deniq; cynico ſemel ad id quod fuerat interrogatus nō reſpōdēte ſed crepitū uētris emittente:ſciebā īquit te oīa potius q̄ quæ deceret locutuꝝ. Caricā illi aliquādo interrogatiūculāq; propoſuerat. Eam uero ille ſtatim comedit:& cū diceret illi ſtilpo hercules caricā perdidi:nō ſolū inquit caricā:ſed & īterrogatiūculam:cuius hæc ara fuit. Rurſus cū uidiſſet hyeme cratem aduſtum o crates īqt uideris mihi nouo īdigere pallio ueſte.ſ.& animo:ad hanc eius uocem rubore ſuffuſum ita ī illum luſiſſe cratē: At qui ego ſtilponē megaris uidi grauiter angi: Vbi tiphoei ueteres dixere cubile:hic ille ſe iuuenū magna glomerante corona:litibus intētus uirtutis tradidit umbrā. fert̄ athenis hoīum ita ī ſe ſtudia uertiſſe:ut ex officinis ad eū confluerent uiſendū. Vbi cū ſibi quidā diceret:admirant̄ te o ſtilpo ueluti beluā:minime īquit ille ſed uelut hoīem ueꝝ. Cæteꝝ cū eēt diſputator acerrimus ſpecies quoq; tollebat:dicebatq; qui hoīem diceret neminem eē:neq; enim hūc aut hūc dicere. Quid enim hūc magis q̄ hunc? nō igit̄ hunc. rurſuſq; olus quod oſtendit̄ nō ē:olus enī ante mille annos fuit:nō ē igit̄ hoc olus. Fert̄ cū crati colloqueret̄ īter loquēdū feſtinaſſe piſces emere:cū eum ille retinere uellet: ac diceret ſermonē relinquis:minime inquit:ſed ſermonē habeo & te derelinquo. Sermo q̄ppe manet:piſcis aūt uenūdabit̄ niſi feſtinauero. ferunt̄ ipſius dialogi nouem nō ſatis gratiæ habētes: Moſchus Ariſtippus ſiue Callias Ptolemæus Chærecrates Metrocles Anaximenes Epigenes ad filiam ſuā. Ariſtoteles. huius auditorem fuiſſe Zenonem ſtoicoꝝ prīcipem Heraclides refert: Senē uero defeciſſe:Hermippus teſtis ē hauſto prius mero ut citius moreret̄. reprehenſus ē a Sophilo comico ī comædia quæ īſcribitur gamos:eſt aūt in hunc Stilponem megarenſem noſtrum epigramma.

Cognoſcis aūt forſitan ſenectutem.
Poſtea iugum ſuſtulit inexpugnabile
Morbus:ſed uinū inuenit mali currus
Magis bonum aurigam potus enim agitauit.

## Crito Athenienſis.

CRito Athenienſis unus oīum maxime eximio quodā amore Socrati affectus ē atq; eius ita curā egit ut nūq̄ aliqd ex his que ſunt ad uſum neceſſaria ſibi deeſſe pateref:ipſius quoq; liberi Socratis auditores fuere Critobolus Hermogenes Cteſippus Epigenes. Crito igit̄ dialogos decē & ſeptem ſcripſit qui uno continēt̄ codice ita īſcriptos nō bonos fieri diſcendo: qd ſit plus habere:Quid ſit idoneū ſiue ciuile: de honeſto:de deo:Quid ſit male facere:de fertilitate:de lege:de arte:de cōgreſſu de ſapīa:protagoras ſiue ciuilis:de lr̄is:de poetica:de honeſto:de diſcēdo:de ſciēdo ſiue de ſcīa:Quid ſit ſcire.

## Simon athenienſis.

SImon Atheniēſis coriarius:quotiens ad eius officinam perrexiſſet Socrates atq; diſſereret oīa quæ memini ſſe poterat notabat. Vnde & ipſius dialogos ſcyticos appellāt: q̄ īter huiuſmodi opifices ſint habiti.Sunt aūt numero trigīta tres q uno itidē codice cōprehendūtur:de diis:de bono:de honeſto:quid ſit pulchꝝ:& hōeſtū: de iuſto duo:de uirtute q̄ doceri nō poſſit:de fortitudine ſiue uirilitate tres:de lege: de popularitate:de honore:de pœſi:de bona paſſione:de amore:de philoſophia:de ſcīa:de muſica:de pœſi:quid ſit pulchꝝ:de diſciplina:de diſſerendo:de iudicio:de eo quod ē: de numero: de diligētia:de operādo:de auaro: de iactantia:de honeſto:aliī aūt de cōſulendo:de rōne ſiue de aptitudine:de maleficiētia.Fertur hic primus oīum ſocraticos ſermones diſſeruiſſe.Cum aūt pericles polliceret̄ ſi ad ſe ꝑgeret:cuncta illi ſe neceſſaria exhibituꝝ:fidutiā īquit uēdere conſilii nō fuerit.fuit & alius Simon q ſcripſit artē rhetoricā:alius itē medicus Seleuci & uicanoris neceſſarius atq; alius quidā ſculptor.

## Glaucon Athenienſis.

g Laucon Atheniēſis nouem itidē ī codice uno ſcripſit dialogos Phedylum:Euripidem:Amyntichū:Euthiam:Lyſithedē:Ariſtophanem:Cephalū: Anaxiphemū:Menexenū.ferunt̄ eius & alii. xxxii. ſed ſui non ſunt.

## Simmias Thebanus.

SImmias Thebanus ſuit:& huius ferūtur dialogi. xxiii.uno codice īcluſi:de ſapīa:de rōcinatione:de muſica:de uerſibus:de fortitudīe: de philoſophia:de ueritate:de lr̄is:de doctrina:de arte : de regimīe: de decoro:qd eligendū qd ue fugiēdū ſit:de amico:de ſcīa:de aīa: đ beneuiuēdo:đ poſſibili:đ pecūiis:đ uita:qd ſit honeſtū: de diligentia:de amore.

## Cebes Thebanus.

CEbes & ipſe Thebanus ſcripſit dialogos tris q īſcribūtur pinax : ſeptima:phrynicus.

## Menedemus.

MEnedemus phænodis ex ludo Cliſthenisq;:ex familia Theopropidaꝝ filius fuit uiri ſane nobilis:ſed architecti ac paupis: Alii tabernaculoꝝ ſutorē fuiſſe tradūt:& utraq; didiciſſe menedemū. Quo circa cū ſcripſiſſet decretū quoddā reprehēſū ab alexinio quodam quod.ſ.nō cōueniret ſapiēti neq; tabernaculū neq; decretū ſcribere

Miſſus aũt ab eretrienſibus ĩ megara preſidio futurus cõtendit ad platonem in academiã incꝫ illius retia nõ ĩuitus ĩcidit deſeruitqꝫ militiam: Cœterꝝ aſclepiade phliaſio ad ſe illũ ꝑtrahẽte megaris apud Stilponẽ fuit: eiuſqꝫ ambo auditores fuere: idẽ nauigantes elidẽ Anchypilo & moſcho phædonis diſcipulis congreſſi ſunt: atqꝫ hactenus ut ſupra cũ de phedone loqueremur dictũ ẽ: heliaci appellabant. Poſtmodũ uero ab eius patria de quo nũc ſermo ẽ eretrici uocati ſunt. Cõſtat menedemũ honeſtate ac grauitate fuiſſe celebrẽ: q̃ ex re cratẽ quoqꝫ ſic in illum iocatũ: phliaſiũqꝫ aſclepiadẽ taurumqꝫ eretriũ. Timõ itẽ elato ſupercilio cũ dicturus aſſurgeret fuiſſe illũ notat. Adeo aũt ea grauitate ĩſignis fuit ut cũ eurylochus chaſſandreus ab antigono accerſeret una cũ cleippide ciziceo adoleſcente abnuerit. Metuere. n. ne id menedemns perſentiat: Erat. n. ſũmæ & in obiurgãdo grauitatis atque ꝓcipuæ auctoritatis. Denique cũ adoleſcẽs in illum motu temerario ferret: dixit qdẽ nihil: cæterꝝ ſumpta feſtuca pingebat ĩ pauimẽto traiecti figurã: dũ iterim ſpectantibus oĩbus aduleſcens inſigni contumelia notari ſe ĩtelligens abſceſſit. Hierocles ĩ piræo ſub amphiarao illũ obtũdebat & cũ plurima de eretriæ loqueret excidio: nihil aliud locutus ẽ: ſed ſolummodo rogauit ad quid eũ antigonus traiicit. Audacter exulanti adultero ignoras ĩquit nõ modo braſicæ ſuccũ ineſſe iocũdum ſed & raphano: clamanti aduleſcentulo & uociferanti uide ĩquit an aliquid retro dum neſcis habeas. Conſultanti antigono an luxurioſum adiret cõuiuiũ: hoc illi ſolũ renũciari iuſſit: Memento regis te eẽ filiũ. ſatuo quodã ſibi minime neceſſariũ dicente ĩterrogauit an uillam haberet: & cũ ille multa ſe hẽre prædia dixiſſet: ꝑge ĩquit & illoꝝ curã gere: ne & illa negligenter curãdo ꝑdere contingat & amittere ſimplicẽ urbanitatẽ: Sciſcitãti cuidã an uxor eſſet ducẽda ſapiẽti? num ego ĩquit tibi ſapiens uideor? Et cũ annuiſſet ille: at ego ait duxi. Dicẽte quodã cõplura eẽ bona: percõtari illoꝝ numeꝝ ꝑgit: & an putet plura eẽ q̃ centum. Sæpius dolebat qꝫ luxurioſa cõuiuia magnificũqꝫ apparatũ nequiret afferre. uocatus uero ſemel ad cœnã intuenſque lautiſſimis cibis diuitẽ mẽſam nihil locutus ẽ: ſed tacitus eã luxuriã coarguit dũ ſolas oleas ĩ cibũ ſumpſit: huius denique ſeueritatis cauſa paꝝ abfuit quin ĩ cypro apud nicareõtẽ periclitaret cum Aſclepiade ſocio: nã cum eos rex ad mẽſtruã celebritatem euocaſſet ſicut & philoſophos cæteros: Menedemũ dixiſſe ferũt. Si quidẽ honeſta ẽ huiſmodi uiroꝝ cõgregatio: quottidie ſunt feſta celebranda: ſin alias: ſupflue quoque modo celebrãt. Ad hæc tyrãnus cũ ita occurriſſet hanc diẽ habere ſe celebrem ut negotiis omiſſis philoſophis congredi liceret: ille Seuerius adhuc in ſnĩa perſtitit: oſtendẽs ex ſacrificio oportere omne tẽpus: philoſophos audire. Quid plura niſi a tibicine admoniti ac melo muſico cõuenti fuiſſent: forſitã periſſent. Vnde cũ in naui iactarent fluctibus Aſclepiadẽ dixiſſe ferũt. Tibicinis peritã modulationem ſe ipſos ſeruaſſe: Menedemi uero confidentiam perdidiſſe. Erat aũt ut fertur & ſimplici ĩ docendo apparatu: neque ĩ ſchola ullũ circa illũ ut fieri ſolet ordinẽ uidiſſes. Nõ ſubſellia erant per gyꝝ diſpoſita: non aliud quippiam: ſed ut ſingulis aut ſedere aut ſtare aut ambulare libitum erat in eum continuo tranſibat habitum. Alias tamẽ gloriæ auidum ignominiæque

notari metuentem fuiſſe tradunt. Adeo ut cum prius Architecto ſuam ipſe atq;
aſclepiades nauaret operã: & ille ſuper tecta lutũ ferre cerneretur nudus is ſi quẽ
aſpiceret prætereuntẽ occultaretur: Poſtea uero quã ad rẽpub. acceſſit: ita erat an
xius atq; ſollicitus ut cũ aliquãdo thura poneret: extra thurribulũ miſerit. Circũ/
ſteterat illũ crates aliquãdo: q; ciuilia negotia ſubiſſet probro illi dabat. Tum ille
quibuſdã præcepit ut ductũ carceri ĩcluderẽt. Ille nihilominus prætereũtẽ obſer
uabat: reſpiciẽſq; agamemnoniũ & hegeſipolim uocabat. erat aũt clam & in ſuꝑ
ſtitionẽ pronior. Deniq; mãducauerat aliquãdo per ignorãtiã in taberna merito
ria ꝓiectas carnes cũ aſclepiade: id cũ animaduertiſſet nauſea palloribuſq; turba/
batur: donec illũ aſclepiades ſeuerius obiurgãs nõ carnes diceret eiuſce mutatõis
cauſam eſſe: ſed præſumptã de illis fatuã opinionẽ. alias magnanimus fuit uir &
plane liberalis. Corporis in eo iã ſenis habitus & ſtatus durabat: qui erat in iuue/
ne. athletæ ĩſtar firmus ualidus atq; aduſtus. Species ei pinguis & attrita fuit me/
diocriſq; proceritas ut ex ea cõſtat imagine quæ eretriæ in ueteri ſtadio hactenus
cernitur. Eſt enim ueluti ex ĩduſtria ita ſculpta ut cunctã fere nuditatẽ corporis
præferat. Erat præterea in ſuſcipiẽdis amicis omni officio deditus: & quia paꝝ ſa
lubris erat eretria: cõuiuia ſæpe ĩter poetas muſicoſq; celebrabat. Amabat Aratũ
& Lycophronẽ Tragicũ poetã Antagorãq; Rhodiũ: ſed maxime oĩum ſtudebat
Homero: Deĩde etiã Lyricis. deĩceps Sophocli: atq; Achæo ĩter Satyros ueluti ſe
cũdas partes: æſchylo aũt primas ſemꝑ dabat. Vnde & aduerſus eos qui cõtra in
repu. ſentirẽt: ita ferebat. capit ergo & ab ĩfirmis celer: aquilãq; breui teſtudo uin
cit. Hæc aũt achaei ſunt ex omphale Satyrica. peccãt igit qui illũ nihil præter euri
pidis medeã legiſſe dicũt. quã ĩter ſicyonii neophronis poemata legũt. Magiſtros
Platonẽ & Xenocratẽ prætereaq; paræbaten cyrenaicũ aſpnabatur. Stilponẽ ſolũ
admirabat: de quo dũ aliquãdo ĩterrogaret nihil aliud dixit: niſi liberalis eſt. erat
illi ĩgeniũ uariũ & callidũ atq; in cõponẽdo ita orationem accõmodabat: ut neq;
quo uellet emergere proſpiceretur: atq; ideo illi difficile occurreret. Verſabat oĩa
ĩfinitãq; orõnis copiã fundebat: Accerrimus item in cõtentionibus erat: ut in ſuc
ceſſionibus tradit antiſthenes: atq; huiuſmodi rogatiũculis compellare ſolebat.
Alteꝝ quã alteꝝ eſt alteꝝ: ita ſane: alteꝝ eſt aũt prodeſſe: q̃ bonum: cõcedebatur:
non igitur prodeſſe bonũ eſt. Tollebat & proloquia negantia: affirmãtia uero po
nebat ſimpliciaq;. Ex his maxime probans quæ ſimplicia non ſunt auferebat ea
& cõiuncta & cõplexa dicens. Scribit Heraclides decretis quidẽ eum fuiſſe plato/
nicũ: dialecticen aũt eum fuiſſe aſpernatũ. Deniq; ſciſcitãti ſe alexino an adhuc pa
trẽ cædere deſiſſet atq; illũ dixiſſe: neq; cædi: neq; deſii. addẽte illo oportere am
biguitatẽ ſolui ita uel non dicẽdo: ridiculũ ĩquit eſt ueſtras leges ſequi cũ liceat in
portis reluctari & contra aſcẽdere. Cum Bion diu uos ſtudioſe ac diligenter ĩſe/
ctaretur: mortuos illũ iugulare dixit: Alio rurſus dicente maximũ eſſe bonũ oĩ/
bus quæ quiſq; cupiat frui: multo inquit maius eſt ea ſolum quæ deceat: cupere.
Refert antigonus caryſtius eum nihil ſcripſiſſe neq; compoſuiſſe: ita ne dogma
quodlibet aſſerere. Porro in quæſtionibus inquit ita pugnax erat: ut nõ prius di/
ſcederet: q̃ in eius oculis ardentis ſpiritus indicia deprehenderentur. Veꝝ enim

cum in uerbis eſſet huiuſmodi:factis tamen erat placidiſſimus. Denique cum alexino plurimū illuderet & obiurgaret grauiter:fouit tamen illū beneficiis. Nam ipſius coniugē ex delphis chalcidē uſque deduxit itineris furta latrociniaque metuētem. amicicias pie ſancteque tuebatur:ut ex ea quæ illi cū aſclepiade fuit cōiunctiōe cōſtat:quæ profecto adeo īſignis erat:ut nihil a pyladis diſtaret beniuolētia. Verum maior natu erat aſclepiades ita ut poeta ipſe:menedemus hiſtrio diceretur. Fertur archepolis tria milia illis deſignaſſe & cū orta eſſet amica cōtentio quis ſecūdo loco acciperet neutrum accepiſſe. Vxores quoque ambos duxiſſe fama eſt:menedemū matrē: Aſclepiadē filiā:& cum defuncta eſſet uxor aſclepiadis:menedemi cæpiſſe coniugē:illūque quod reipu. præeſſet aliā duxiſſe nobilē & locupletē:nihilominus quoniā cōmunis eis erat domus rei familiaris adminiſtrationē priori uxori per miſiſſe:Igitur aſclepiades ante illū uita exceſſit eretriæ iam longæuus:cū una diu memorabili beniuolentiæ ſuauitate uixiſſent. Fertur poſt aliquātum tēporis cū aſclepiadis amaſius ad conuiuiū ueniſſet:arcerētque illū ianuis adoleſcentes:menedemū iuſſiſſe ītroduci:ac dixiſſe Aſclepiades etiam ſepultus ei ianuas aperit. erant aūt qui ambos fouerāt Hipponicus macedo & agetor lamieus. Ex his alter utrique triginta minas largitus:hipponicus uero menedemo duo milia drachmarum in filiarum dotem. Duxerat aūt ut ait Heraclides ex oropia uxores tris. Porro cōuiuia in hunc modū faciebat:prius ipſe cum duobus aut tribus prādebat dum dies in ueſperā uergeret:Tum uero uocabat quiſpiā eos qui aduenerant & ipſos iā cœnatos. Itaque ſi qui citius ueniſſent:percontabantur exeuntes quid eſſet appoſitū: ac recens id eſſet nec ne:& ſi quidē uel oluſculū uel ſalſiuſculū quidpiā audiſſent: recedebant:Sin uero carnes:īgrediebātur. Lectulis æſtate pſiathos:hyeme uerue cum pelles ſuperponebant. Porro puluinar ſibi afferri oportebat. poculum quod circū agebatur cotula maius non erat. Bellaria illis fabæ ac lupini:Interdū uero & pyra uel mala punica & huiuſmodi cum matura tum præcocia ſæpe & caricæ. Ea omnia memorat Lycophron in Satyra quam inſcripſit menedemum:philoſophi conſcribens laudes:quorum quædam huiuſmodi quoque ſunt.

Circundatur paruus calix ad menſuram.
Vt ex breui conuiuio ſic eſt ipſis
Modeſta ſtudioſis eragema ſermo audendi.

Primo igit̄ cōtēptui haberi cæpit:caniſque ab eretriēſibus ac delirus appellari. Poſt modū uero ī ſūma adminiſtratiōe oīum fuit:adeo ut ciuitatis quoque gubernacula ſibi traderent̄:legatiōibuſque crebris & Ptolæmeū & lyſimachū: prætereaque ad demetriū functus ubique honoratus eſt:Cūque illi ciuitas ducēta quotannis talēta pſolueret qnquagīta remiſit:apud quē accuſatus quod qſi traderet Ptolemæo ciuitatē ſe per epiſtolā purgauit. cuius hoc initiū eſt. Menedemus demetrio regi ſalutē. Audio tibi de nobis plurima fuiſſe narrata. per eā illū admōet cauere unū ex his qui ſibi eēnt infenſi:deſchylū nomine:Conſtat illum ad demetriū pro oropo grauiſſime legatione functum:ut Euphantus quoque in hiſtoriis meminit Erat eius ī primis ſtudioſus antigonus:ſeque ipius diſcipulū eſſe prædicabat:& cum barbaros fudiſſet circa Lyſimachiam decretum ei ſcripſit ſimplex atque ab

Aſſentatione alienum:Cuius initium eſt.Duces & cõſilii primores dixerũt:quo/
niam Antigonus Rex prælio domitis barbaris aduenit in Eliã:eiq; proſpere cũ/
cta ſuccedũt uiſũ eſt ſenatui ac plebi.Hoꝝ igitur gratia & præterea propter ſũmã
cum illo amiciciã quod illi ciuitatẽ proderet: ſuſpectus habitus inſimulãte ſe ari
ſtodemo clam exiit atq; oropi moratus eſt in amphiaraiſano:Ibi cum periſſent
aurei calices ut hermippus ait Cõmuni boetioꝝ decreto loco migrare iuſſus eſt:
Inde profectus mærens & patriã clanculo ĩgreſſus uxorẽ ac filias ſumens ſe ad an
tigonũ contulit:ibiq; uitã mœrore terminauit.Refert heraclides his omnino cõ
traria:Nam illũ ſenatus pricipẽ eretriã a tyrannis ſæpe liberaſſe:demetrii uiribus
fretum.Non igitur antigono prodidiſſe ciuitatẽ ſed falſam ſubiſſe calũniã.Profe
ctumq; ad antigonũ cũ ut patriã e ſeruitute eriperet:illũ ĩducere non poſſet ſeptẽ
dies totos cibo abſtinuiſſe atq; ex animi dolore uita exceſſiſſe.Similia huic & an/
tigonus caryſtius refert.Soli aũt perſeo ĩexorabile ĩdixit bellum.Haud enim ob/
ſcuꝝ erat antigonũ cum menedemi gratia eretrienſibus rempu.uoluiſſet reſtitu
ere ab eo fuiſſe prohibitum.Quocirca in conuiuio menedemus in illum acriter
inuectus inter cætera ſic ait: Atqui iſte quidem philoſophus eſt:ſed uir omnium
qui ſunt aut fuerũt uel futuri ſunt:profecto nequiſſimus.Moritur autem ut era
clides ait:ſeptuageſimum & quartum agens ætatis annum.

In eius autem laudem nos quoque ita ſcripſimus.

Audita menedeme tua mihi mors ut ſponte
Mortuus es in ſeptem diebus nihil edens.
Operatus opus poſt heretricum tamen mollem.
Puſillaminitas properauit profecto.

Et hi quidem ſocratici & qui ab eis ſunt. Trãſeundum autem eſt ad platonẽ qui
incæpit academiam & ad eos qui ab ipſo ſunt quot fuerunt eloquentes.

## Laertii Diogenis de uitis philoſophorum liber tertius.

### Plato.

PLato ariſtone patre & matre perictiõa:ſiue potona
Atheniẽſis natus ẽ.Mater a Solone genus duxit:So
lonis qppe frater dropides critiã genuit:cuius filius
calæſchrus critiæ q unus fuit ex trigĩta:glauconiſq;
pater extitit:ab eo charmides & pictõe geniti ſunt:
atq; ex ea & Ariſtone plato ſextus a Solone naſcit̃.
Porro ſolõ ad neleũ & neptunũ genus refert:Ariſto
nẽ quoq; p̃rem a Codro melãthi filio originẽ duce
re tradũt:q a neptuno itidẽ ſanguinẽ trahere traſilo
teſte memorant̃.Eniuero ſpeuſippus in libro q pla
tonis de cœna ĩſcribit̃:& clearchus ĩ laudatõe plato
nis & anaxides ĩ ſecũda de philoſophis libro aſſerũt
athẽis celebre eẽ ariſtonẽ pictõe cũ eẽt ſpecioſiſſima cõgredi conatũ eẽ.Veꝝ fuiſſe
illius conatus irritos:uidiſſeq; in ſõnis apollinẽ:atq; ab eo uiſũ mũdã a iugali co/
pula quoad pareret uxorem ſeruaſſe.Naſcit̃ autẽ plato:ut Apollodorus teſtat̃ in

chronicis:octogeſima octaua olympiade thargilionis ſeptima:qua.ſ.die natum apollinē delii autumāt.Morit̄ aūt ut Hermippus tradit:primo anno centeſimæ octauæ olympiadis in nuptiis diſcūbēs:octogeſimū & primū ætatis agens annū. Neāthes octogita quattuor annoꝝ defeciſſe ſcribit.Eſt igit̄ Iſocrate minor natu annis ſex:Ille qppe ſub Lyſimacho:plato ſub amynio ē ortus: ſub quo & Pericles diē obiit.Erat aūt pago collyteus ut refert antileo in ſecūdo de tpibus.natus eſt ſecūdū quoſdā in ægina in phidiadis domo eius qui thaletis filius fuit:ut fauorinus ait in oīmoda hiſtoria:pr̄e ipſius cū cæteris miſſo ut agrū ſortiret̄:Athenaſque reuerſo quādo a lacædemoniis qui æginēſibus opē tulerāt expulſi ſūt:ludos quoq; magnificos athenis adhibuit dio eſt ſumptus ſuppeditāte:ut ait athenodorus in octauo deābulationū libro.Fr̄es hūit adimāthū & glauconē:ſororē q; potonā:de qua ſpeuſippus naſcit̄:lr̄aſq; apud dionyſiū didicit:cuius & in anteraſtis meminit:Exercitatuſq; eſt apud ariſtonē argiuū palæſtritā:a quo & plato ꝑ egregio corporis hītu cognominatus eſt.Cū prius Ariſcodes ex aui noīe uocatus eēt: ut in ſucceſſionibus tradit Alexāder.Sūt qui ob or̄onis ubertatē & mirā latitudinē ſic appellatū putēt:ſiue q; ampla fuerit frōte ut neāthes ſcribit.Nec deſūt qui ī iſthmo palæſtra ſe exercuiſſe uelīt:ſicut & dicæarchus in primo de uitis.picturæ quoq; fuiſſe ſtudioſū ac poemata ſcripſiſſe primo qdē dithyrābos:deinde melos & tragœdias.Vox illi gracilis fuit ut ait timotheus Athēiēſis ī libro de uitis. Fert̄ & ſocrates uidiſſe per ſōniū oloris pullū ſibi ī gremio plumeſcere:q cōtinuo exortis pēnis expāſis alis in altū aduolās ſuauiſſimos cātus ediderit:Poſtridie cū plato ſibi a pr̄e cōmēdatus eēt hūc cygnū quē uiderat dixiſſe.Philoſophari cœperat primitus in academia:idē ſe in ortū qui iuxta colonū eſt cōtulit:ut Alexāder in ſucceſſionibus ſcripſit heraclitū adducēs teſtē.Demū cū tragicū certamē eēt initurus ante dionyſiacū theatrū audito ſocrate igni poemata exuſſit dicēs:Hic uulcane plato tua īdiget ope.hic annū uiceſimū ætatis agēs ſocratē audiuit.Illo decedēte cratilo heracliti diſcipulo & hermogeni parmenidis philoſophiā tuēti aurē accōmodauit.Deīde cū eēt annoꝝ duo de trigīta ut ait hermodorus megara ſe ad euclidē cū aliis ſocraticis cōtulit. Hic cyrenē ꝓfectus theodoꝝ mathematicū audiuit:atq; īde in italiā ad pythagoreos philolaū atque eurytū cōceſſit:Ab his ſe in ægyptū ad ꝓphetas ſacerdoteſque recepit:quo & euripidē aiunt una ſecū ꝓfectū eē:atque ibi morbo cōprehenſū a ſacerdotibus marina curatōe fuiſſe abſolutū:q̄ ex re poſtmodum dixerit inundat mare cuncta uirorum mala.Sed iuxta homerum ægyptios mortales oēs medicos eſſe. Decreuerat Plato magis etiam cōgredi:ueꝝ propter aſiæ bella propoſito deſiſtit.Regreſſus uero Athenas ī academia cōmorabatur. Eſt aūt locus ī ſuburbano nemoroſus : a quodam heroe academo noīe ſic appellatus: ſicut & eupolis in aſtrateutis memorat dicens umbroſis incurſibus academi dei.Sed & timon in platonē loquēs prīcipē illū fuiſſe aſſerit & ſuauitate orationis & copia oīum qui academiæ īcolerent florea rura. Antea enim per e ſcribebat̄ ecademia.philoſophus iſocrate amico utebatur.Enimuero praxiphanes quādā cōſcripſit īter eos habitā de poetis ſcholā:cū in rure platonis hoſpitio frueretur iſocrates.Ter illū militaſſe Ariſtoxenus auctor eſt primo in ta

nagram:ſecũdo ĩ corinthũ:tertio in delũ ubi & uictoria potitus ſit. Miſcuit hera cliteorũ pythagoreorũq; ac ſocraticorũ rõnes: atq; in his quidẽ quæ ſenſibus ſub iacent heracliti partes tuebatur. Porro in his quæ ad intelligentiã ptinent pytha gore acqeſcebat: in rebus aũt ciuilibus ſocratẽ ſuum maxime amplectebat: atq; ita in unũ corpus triplicẽ philoſophiæ cõpegit rõnem. Aiunt quidã ex quibus ſa tyrus ẽ dioni illum ſcripſiſſe in ſiciliam uti tres libros pythagoreos ſibi emeret a philolao centũ minis. Erat enim ſatis abũdans pecuniis acceptis a dionyſio pluſ q̃ octoginta talẽtis: Sicut enim honetor ſcribit in libro cuius ẽ titulus: an pecuni oſum oporteat eẽ ſapientẽ: Multũ ſibi epicharmus cõtulit comicus: cuius & plu rima cõpilauit: ut Alcimus in eis libris quos ad amyntã ſcripſit quatuor nume ro meminit. Eorũ in primo ita loquit: Cõſtat aũt & platonẽ cõplura ſibi de epi charmi libris aſſumere. Id ita inſpiciendũ ẽ. ſenſibile aſſerit plato quod aut ĩ qua litate aut ĩ q̃titate nunq̃ pſiſtat: ſed diffluat ſemp atq; ĩmutet: Veluti ſi numerũ ex quibuſlibet tuleris: Ea neq; æqualia neq; aliqua neq; q̃ta neq; q̃lia erũt. Porro iſta ſũt quorũ ſemp generatio ẽ: nũq̃ uero ſubſtãtia. Intelligibile illud cui nihil uel accedit uel decedit. Hoc aũt ſempiternorũ natura ẽ: quam ſimilẽ atq; eandẽ ſem per eẽ cõtingit. Atq; epicharmus de ſenſibilibus atq; ĩtelligibilibus in hãc ſniam expreſſe loqtur. addit præterea alcimus. Aiũt aũt & iſta ſapiẽtes aiam alia quidẽ ſentire p corpus puta uidẽdo atq; audiẽdo: alia uero ipſã p ſe ipſam aiaduertere nullo corporis officio utentẽ. Quocirca eorũ quæ ſũt alia ſenſibus pcipi: alia ĩtel ligentiæ rõne cõpræhendi. Eorũ gratia plato quoq; oportere dicebat eos qui cu perẽt rerũ initia colligere: ipſas primũ ſpẽs: quas ideas uocat ſecũdum ſe ipſas di ſtribuere: puta ſimilitudinẽ & monadem & multitudinẽ atq; magnitudinẽ ſta tũq; & motũ: Secũdo ipſum p ſe ipſum honeſtum ac bonũ atq; iuſtũ atq; huiuſ modi cætera ſubiicere: Tertio cõſpicere quæque ſunt adinuicẽ ideæ: puta ſciam aut magnitudinẽ ſiue dominationẽ ſimul: & illud cogitare: ea quæ ſũt apud nos ex illorũ participatione eis æquiuoca fieri. Exempli cauſa iuſta eẽ quæq; iuſto cõ municãt: honeſta quæ honeſto: Eſt aũt unaquæq; ſpẽs æterna: ac præterea ĩtelli gentia oĩ pturbatiõe uacua. Quocirca & ideas ĩ natura uelut exẽplaria dixit ſub ſiſtere: Alia his eẽ ſimilia quæque maxima ad iſtarũ ſimilitudinẽ conſiſtent. Epi charmus igitur de bono atque ideis ita diſſerit. Ergo ne tibiarũ cãtus res aliq̃ ẽ? Ita ſane. hõ igit ipſe cantus ẽ: nihil minus age uideamus. Tibicẽ aliqs homo ne ti bi uidetur nec ne? homo pfecto. Nõne igitur idẽ tibi uidet de bono? aliud eſſe bonũ aliud rem? ſiquidem ſecũdum ſe ipſum quiſque illud didicerit iam bonus efficiet: queadmodum qui tibiarum cantũ didicerit tibicẽ: qui ſaltare ſaltator: qui complecti complexor merito dicitur: atque in hunc modum de cæteris qui ea didicerit: non ars ipſa ſed artifex uocatur. Plato in opinione de ideis ait: Siqui dem eſt memoria ideas in his quæ ſunt exiſtere: q memoria quietæ cuiuſque rei ac manentis ſit. Manere autem præter ideas nihil: quo enim inquit modo ſeruarentur animantes niſi & ideã attigiſſent: & præterea naturalem mentẽ ac cepiſſẽt. Meminerũt autem ſimilitudinis & pabuli cuiuſmodi illis ẽ optime cal lentes q ſit animalibus omnibus inſita ſimilitudinis intelligentia: Quocirca &

quæ ſūt eiuſdē generis ſētiūt. Porro Epicharmus ita fermeait: Sapīa nō ī uno tā tum cōſiſtit: ſed quæ uiuunt oīa notionē quoq; habent: & enim gallina ſi aduer tere uolueris: nō parit uiuentes pullos: ſed oua prius īcubat & calorem animat. Hæc aūt ſapīa ut ſeſe habet natura nouit ſola: Ab ea quippe eruditur: ac rurſum nihil ꝑfecto miꝶ ſi ita loquar: & placere eas ſibi & mutuo ſoueri ac uideri præ/ clara. Nā & canis cani uidet eē pulcherrimum: & boui bos: & aſinus aſino: ſuſq; item ſui uidētur uenuſtate præſtare. Iſta & huiuſmodi quatuor libris compin/ git Alcimus admonens quātum emolumenti Plato ex epicharmo ſibi cōſciue rit. Quod āt neq; Epicharmus ipſe hoc ignorauerit ex iis cōiicere licet quæ præ ſagiens ac ueluti diuinans fore imitatorem ſui ſic fere locutus ē: ut aūt ego puto īmo ꝓ comperto habeo meaꝶ adhuc erit memoria reꝶ meorūq; ſermonū: eiſ q; quiſpiā acceptis metro ſoluto quo nūc cōſtant coloreq; adiecto purpurā uenu ſtate uerboꝶ cōponet: inuictuſq; ipſe alios facile ſuperabit. Videt plato ſophro/ nis quoq; mimographi libros antea neglectos primus Ahenas inuexiſſe geſtūq; ex eis acqſiſſe: quos itē ſub eius capite fuiſſe repertos. Ter aūt nauigauit in ſiciliā: primo quidē ut īſulā cratereſq; uideret: quo & tēpore dionyſius hermocratis fi lius tyrānus īpulit ut ſecū loqueretur: ubi cū ille de tyrānide diſſereret dicēs nō id præſtare: quod ſibi ſoli eſſet utile: niſi uirtute & excelleret: offēſum tyrānum atq; iratū dixiſſe aiunt: Verba tua ocioſoꝶ ſenū ſunt: & ille & tua inqt tyrānidem ſapiūt. Ad hæc indignatum tyrānum primo qdem necare illū uoluiſſe: deinde uero a dione & ariſtomene exoratum id minime feciſſe: ueꝶ pollidi Lacedæmo nio q per id temporis legatus ad ſe uenerat eum tradidiſſe ut uenūdaret. Eum ille ī æginam adductum uēdidit. Quo tēpore charmander charmandridis fili us eū mortis reū eſſe accuſauit: iuxta promulgatam enim apud eos legem capi/ tale erat: ſi quis Athenienſium eam inſulam adiſſet: atq; ipſe eam legem tulerat: ut fauorinus memorat in oīmoda hiſtoria: Ceteꝶ cū a quodam fuiſſet allega/ tum diſciplinæ grā philoſophū eo aſcendiſſe: abſolutū dimiſerūt. Aſſerunt pleri q; illū & ī cōcione adductū: ubi cū obſeruaret nihil penitus locutū fuiſſe: prom/ pto quidē aīo quicqd contigeret excipere paratū: Illos eum minime qdem occi dendū ſed ſolūmodo uendendū captiuoꝶ more decreuiſſe. Aderat forte anni/ ceris cyrenaicus: Is eum uigīti minis ſiue ut alii uolūt triginta redemit: remiſit/ que Athenas ad amicos. Illi extemplo pecuniam anniceridi reſtituendam cura uerūt. Sed hanc ille oīno accipere noluit: aſſerēs nō eos ſolos dignos eē quibus Plato curæ eēt. Alii dionē eam miſiſſe pecuniam dicūt: illūq; eā nulla rōne admi ſiſſe. Sed hortulū quoque in academia ſibi cōparaſſe: pollidē uero a chabria ſu/ peratū: & poſtmodū ī elice fuiſſe ſubmerſum. fama ē dæmonio ſibi nūciāte iſta illū philoſophi gratia ꝑpeti: ut & fauorinus ī primo cōmentariorum meminit: nō tamē quieuit dionyſius: ueꝶ cū didiciſſet quæ illi cōtigiſſent: ſcripſit plato/ ni orās ne ī ſe maledicta ītorqueret: Ad quem ille ſcripſit: nō ſibi tantū ſupereſſe ocii ut dionyſii meminiſſet. Secūdo ꝓfectus eſt ad iuniorē dionyſiū poſtulans terrā atque homines: qui iuxta cōſtitutam ab eo rempub. uiuerēt. Id ille q̄q̄ pol licitus implere detrectauit: nec abſuit ſecūdum quoſdam ſuſpicio illum magno

ſui periculo dioni & theotæ perſuadere tentaſſe:illoꝝq; erexiſſe animos ad libe/
randã íſulã.Quo tpe Archytas Pythagoreus ſcripta ad dionyſiũ epiſtola pur ga/
uit illũ a ſuſpitione:atq; ereptũ Athenas remiſit.Eſt aũt epiſtola huiuſmodi:Ar
chytas dionyſio ſalutẽ.Miſimus oẽs platonis neceſſarii Lamiſcũ & Photidã uiꝝ
illũ abs te recepturi iure antiquæ noſtræ amicitiæ.Recte igitur feceris ſi memine
ris quãto a nobis ſtudio efflagitaſti platonis ad te aduẽtũ:nos aũt illũ uenire hor/
taremur:factuꝝ te ſpondentes oĩa:illũq; libere accedere & abire permiſſuꝝ.Me/
mor eſto igitur quãti illius aduentũ feceris:utq; illo in tẽpore plus cæteris ama/
ueris:ꝙ ſi qua orta ſimultas eſt:humanius te agere cõuenit illũq; nobis reſtituere
illæſum.Hæc enim faciẽs iuſtitiã coles:nobiſq; gratificaberis.Tertio acceſſit dio
nẽ recõciliaturus dionyſio:ſed cũ id optinere nequiuiſſet íſecto negocio ad p̃riam
rediit.Vbi ad rẽpub.accedere quidẽ noluit:q̃uis maxime ciuilis eſſet:ut ex his cõ
ſtat quæ ſcripſit.Ratio aũt cur abſtinuerit a publicis negotiis illa imprimis fuit:
quod plebs aliis ſenioribus aſſuefecerat. Refert pãphila in.xxv.cõmẽtarioꝝ ar/
cadas ac Thebanos cõdita ciuitate honeſte magnitudinis rogaſſe illũ ut eã rẽpu.
íſtrueret:quos cũ ille didiciſſet æqualitatẽ ſectari nolle:ꝓfectũ non eſſe.Fertur &
chabriã ducẽ reũ mortis ſecutus cũ id ciuiũ nemo tẽtare uoluiſſet:quãdo & arcẽ
cũ chabria aſcẽdenti crobylus ſycophãta cõuiciatus dixit alteri opẽ laturus acce/
dis:quaſi uero neſcias & tibi deberi ſocratis uenenũ:Ad quẽ ille:& quãdo pro pa
tria militabã pericula pertuli:& modo amici gratia ne deſim officio perlibenter
me piculis expono.Primus hic ut Fauorinus ait in octauo oĩmodæ hiſtoriæ dia
logos ítroduxit:primuſq; inq̃ſitiõis modũ per reſolutionẽ leodãti thaſio íduxit:
& primus í philoſophia noĩauit antipodas & elemẽtũ & dialecticã & poemata &
prælõgũ in numero:Extremoꝝq; planã ſupficiẽ ac dei ꝓuidẽtiã.Primuſq; philo
ſophoꝝ orõni Lyſiæ cephali filii cõtradixit ipſã ad uerbũ exponẽs í phædro:pri/
muſq; grãmaticæ uim ſpeculatus eſt.Cũq; primus oĩbus fere q̃ ante ſe fuerãt cõ/
tradixerit:quæri ſolet:cur democriti mẽtionẽ non fecerit.Refert anthes cyzice/
nus hũc cũ in olympia aliquãdo deſcẽdiſſet græcoꝝ í ſe oium ora cõuertiſſe:quo
etiã tpe dioni cõgreſſũ aduerſus dionyſiũ bellare íſtituẽti.Porro in primo cõmẽ
tarioꝝ fauorini fert̃ Mithridatẽ perſaꝝ regẽ platonis ſtatuã in academia locaſſe
ita íſcriptã.Mithridates rohdobati filius pſes muſis imaginẽ platonis dicauit ſi/
lanionis opus.Tradit heraclides iuuenẽ platonẽ adeo fuiſſe uerecũdũ:adeo cõpo
ſitũ ut nunq̃ ridere niſi modice depræhenſus ſit.Cũ tamen eſſet eiuſmodi:ne ſic
quidem comicoꝝ conuicia effugit.Theopõpus deniq; in autochare ſic ait: Vnũ
enim eſt nullũ:duo autẽ uix unũ eſt:ut ait plato. Anaxandrides quoq; in theſeo:
quãdo ſtulticias uorabat ſicut plato:ſed timon ita illũ agit quoad effinxit plato ſu
cata miracula callens Alexis meropidi tẽpeſtiua uenis:ut ego ambigens ſupra in/
fraq; deambulans:uelut plato ſapiens nihil íueni:cruraq; defatigor:& in ancylio
ne.Dicis de quibus neſcis æque ac plato currẽs:noſceſq; Lytrũ atq; cepe.Amphis
amphicrati atqui bonũ quodcũq; tandẽ eſt quo tu fruiturus es.huius cauſa mi/
nus noui equidẽ mi domine q̃ illud platonis bonũ:Attende ergo endeximide q̃
ſane plato nihil noſti niſi mœrere tantũ uelut cochlea elato ſeuere ſupercilio.Cra

tinus in pſeudypo bolimeo.homo es conſtat:& habes animam iuxta platonem. ignoro equidem habere tamen arbitror.Alexis olympiodoro.Corpus quidem meũ mortale ſiccum eſt:ĩmortale uero ad aerem extulit hæc non platonis ſchola:Idẽ in paraſito:& cum platone ſeorſum delirat.Irridet eũ & anaxilas in botrilione & circe & diuitibus.Ariſtippus aũt in quarto de antiquis delitiis aſſerit eum adoleſcentẽ quẽdã aſterẽ nomine:cum quo & aſtrologiæ uacauerit:amaſſe dionem etiã quẽ prædiximus.alii phedrũ quoq; adamaſſe referunt amoriſq; illius indicio eſſe epigrammata in illos ab ipſo ut ait compoſita inſpiciam.

O utinam cælum fierem dum ſydera cernis
Stella mea:ut multo lumine te aſpicerem.

Item aliud.iam dudum ſydus lucebas uiuentibus matutinum.
Nunc heſperus fulges uita functus mortuis.
Iam dudum uiuis fulgebas lucifer:at nunc
Defunctus luces heſperus exanimis.

In dionem uero lachrymas quidem hecube atque iliadibus mulieribus.fata dudum genitis dedere: at tibi dion poſt geſtas præclaras res dæmones effuſas ſuſtulere ſpes.iaces ecce in patria ſpacioſa cariſſimus ciuibus.O meum in te animum qui excitaſti dion hoc illius tumulo inſcriptum:ſyracuſis tradunt Alexim.inſuper amaſſe fertur & phædrum ut prædictum eſt:Inque illos itidem eius conſtare epigramma.

Nunc quoniam nihil eſt quoquo ſe uerterit omnis.
Solum q̃ pulcher uiſus alexis ait.
Spiritus os canibus quid monſtras?flereque cogis.
Poſterius phædrum non ita perdidimus.

Archæanaſſa quoque colophonia uſum eſſe:quam ex eius conſtat epigrammate fuiſſe meretricem.

Archæanaſſa iacet meretrix colophonis in ore.
Illius ægrotæ ſedit acerbus amor.
O miſeri duxit quos ſors inimica uagantes.
In tam crudelem lumina ferre rogum.

Agathonem itidem uenuſtæ formæ mulierem & in eam quoque laſciua illius feruntur epigrammata.

Suauia dans agathoni animam ipſe in labra tenebam.
Aegra at enim properans tanq̃ abitura fuit.
Malo ego te ferio cape ſi ſum gratus amator.
Et me participem uirginitatis habe.
Sin fieri dubitas hoc ipſum mente reuolue:
Suſcipiens formæ q̃ breue tempus ineſt.
Malum ego:me mittit qui te ſuccenditur unus.
Annue xanthippe linquit utrunq; decor.

Aiunt & illud ĩ eretriẽſes ſagena cõprehenſos epigrãma ipius eſſe.

Eubee nunc gens ſed eramus erethrica:fuſi

Condimur a noſtri nos regione procul.
Aliaque nonnulla.
Pieridas cypris cyprim ue coraſia amorem
Concelebrat uobis:aſt ego cinctus ero.
Ad uenerem pulchram muſæ ioca tolle præcamur.
Aliger heu nobis non uolat iſte puer.
Depoſuit laqueos:aurum uir nactus:at aurum
Non nactus laqueis triſtia colla ligat.

At uero molon hoſtili aduerſus illũ animo nõ id ait eſſe mirãdũ:ſi dionyſius co
rithi:ſed ſi plato eſſet in ſicilia. Videt & Xenophon haudquaq̃ grata & amica in
illũ fuiſſe uolũtate:deniq; ueluti cõtentionis ſtudio ſimilia ſcripſere Sympoſiũ:
Socratis defenſionẽ:cõmẽtaria moralia: Ad hæc ille de repub.hic Cyri ſcripſit iſã
tiã:quã in ſuis legibus plato fictã dixit:neque enim eiuſmodi fuiſſe cyꝝ.Tũ am/
bo cũ Socratẽ ſemp habeãt in ore:nuſq̃ repies ſui iuicẽ feciſſe mẽtionẽ.Semel tã/
tũ Xenophon Platonis meminit in tertio cõmẽtarioꝝ.Fertur & Antiſthenes cũ
eoꝝ quæ ſcripſerat qdã recitare uellet oraſſe illũ ut adeſſet recitãti. Et cũ roganti
cuiuſmodi id eſſet:libri eius titulũ explicuiſſet de eo.ſ.quod non ſit cõtradicere:
Tu ergo ĩquit de hoc ipſo quõ ſcribis:& cũ doceret contra ſuã uenire ſniam:ſcri/
pſit aduerſus platonẽ dialogũ ſathonẽ illũ ĩſcribẽs.Ex eo iã alienis animis in ſe iuĩ
cẽ fuere.Aiũt ſocratẽ cũ platonis Lyſidẽ audiſſet recitari proh dii ĩmortales dixiſ
ſe q̃ multa de me mẽtit adoleſcẽs.Scripſit qppe nõ pauca uir ille quæ ſocrates nõ
dixit.Fuit illi & aduerſus ariſtippũ haud obſcura ſimultas.Deniq; in libro de aĩa
illũ ĩſimulat:Cur abſuerit moriẽti ſocrati:cũ in ægina uicino.ſ.atticæ loco per id
tpis moratus ſit.Erat illi cũ æſchine quoque ut fert ſo ratis auditore cõtentio.
eũ qppe cũ dionyſio ſe facile ĩſinuaret egẽſque reꝝ oĩum ad eũ pfectus eſſet:a pla
tone deſpectũ:atque ab ariſtippo fuiſſe cõmẽdatũ.Porro ſermones quos critonẽ
fecit in carcere loquẽtem cũ ſocrati cõſuleret fugã: Aeſchinis fuiſſe tradit idome
neus:Illi uero a platone tũ huius odio tũ gr̃a ipſius attributos.Sui uero nuſq̃ li/
broꝝ ſuoꝝ Plato mẽtionẽ feciſſe dephẽdit præterq̃ i libro de ĩmortalitate aĩoꝝ
& i ſocratis defenſione idque tenuiter.Enimuero ſtili ipſius genus ĩter poema &
pſam orõnẽ mediũ ait Ariſtoteles fluere.Hũc ſolũ platoni aſſediſſe quodã loco
fauorinus ait:Cũ librũ de aĩa recitaret:reliquos oẽs ſurrexiſſe.Plerique autumãt
philippũ opuntiũ ipſius leges eatenus in cæra trãſcripſiſſe:huius & epinonida eẽ
aiunt.Euphorion ac panætius initiũ libroꝝ de repub.ſæpius ĩuẽtũ ĩuerſum atq;
ĩmutatũ dixere.eã ipſius rẽp.ariſtoxenus totã ferme in ptagoræ cõtradictõibus
aſſerit ſcriptã.phædrũ primo illũ ſcripſiſſe fama eſt.Habet qppe quæſtio illa nõ
nihil iuuenile.Porro dicæarchus totũ id ſcribẽdi genus:ut graue ac moleſtũ car/
pit.Platonẽ tradũt cũ uidiſſet quẽdã aleis ludẽtẽ arguiſſe & cũ ille q̃ me in paruis
rephẽdis diceret reſpõdiſſe: At eſt cõſuetudo nõ modica.Rogatus an ipſius mo/
numẽta ſicuti ſuperioꝝ futura eſſent:Primũ inqt conqrere oportet nomen:Tũ
plurima ſuppeditabũt.Ingreſſo aliquãdo Xenochrati cæde inqt hũc pueꝝ.Nam
ipſe q iratus ſim nequeo. Cuidam itẽ ſeruoꝝ delinquenti iam ĩquit uerberibus

te concidiſſem niſi iratus eſſem. Cum equo inſediſſet continuo deſcendit. dicens uereri ne equi ferocitate raperetur. ebriis cõſulere ſolitus erat ut in ſpæculo ſtudioſe intuerent: eiuſmodi ſtatim a fœditate diſceſſuros. potare uſq; ad ebrietatẽ nuſq̃ decere monebat præterq̃ in diebus feſtis ĩdultoris uini dei. Sõnus itẽ ĩmodicus illi diſplicebat. In legibus deniq; ait: Dormiẽs aũt nemo illius pretii eſt. ueritatẽ auditu ſuauiorẽ oĩbus quæ dicerentur. Alii uera loqui iucundius oĩbus dixiſſe putant. ſic aũt & de ueritate dixit in legibus: præclaꝝ quiddam eſt ueritas o hoſpes atq; durabile: Veꝝ id perſuadere non facile uidetur. Optabat ĩſuper memoriã ſui uel in amicis uel in libris relinqui. Iocis & ipſe utebatur plurimũ. Moritur eo quo diximus modo tertiodecimo philippi regis anno: & fauorinus ĩ tertio cõmentarioꝝ refert: a quo & ĩcrepitũ fuiſſe illũ theopõpus auctor eſt. Mironianus in ſimilibus ait philonẽ meminiſſe prouerbii de platonis pediculis: quaſi ſic ille defecerit: Sepultuſq; eſt ĩ academia ubi plurimũ tẽpus philoſophatus fuerat. Vnde & quæ ab eo fluxit ſecta academica ẽ appellata. Corpus eius elatũ honorifice & ab his qui eo cõuenerãt conditũ. Eiuſmodi fuit ipſius teſtamentum. hæc legauit plato atq; diſpoſuit hephæſtiadeũ fundũ cui ab aquilone uicina uia eſt quæ ducit a tẽplo cephiſiadũ: ab auſtro heraclæũ hephæſtiadũ: ab ortu ſolis archeſtratus phrearius: ab occaſu Philippus chalidenſis. Hunc aũt nemini licitũ ſit aut uẽdere aut cõmutare: ſed ſit adimãti filii: Eneriſiadũq; fundũ quem emi a Calimacho cui ab aquilone uicinus eſt Eurymedõ: Myrrhinuſius ab auſtro: ab occaſu cephiſſus. Argẽti minas tres: argenteã phialam appendentẽ dragmas centum ſexagintaquinq;: Cymbium ponderis dragmaꝝ quadragĩtaquinq;: Anulũ aureũ: & ĩaurẽ aureũ: utraq; dragmas quattuor: & tris obolos pendẽtia Euclides Latomus mihi debet minas tres: Dianam dimitto liberam: famulos reliquo tychonem hyctã apollinidẽ & dionyſium. ſupellectilẽ & uaſa ſcripta quoꝝ habet exemplar demetrius. Nulli aũt quicq̃ debeo. Curatores erunt ſoſthenes. ſpeuſippus. demetrius. hegias. eurimedon. callimachus atque traſippus: hoc teſtamenti ipſius exemplar. Sepulchrum eius compluribus illuſtre epigrammatibus.

Mortales cunctos excedens moribus æquis:
Diuus ariſtocles hoc iacet in tumulo.
Si ſophiæ quiſq̃ præconia magna ſecutus:
Hic ſibi multa tulit liuor & omnis abeſt. &aliud.
Occulit hic corpus diuini terra platonis:
At ſuperas ſedes ſpiritus ipſe tenet.
Ariſtone ſati procul hunc diuina uidentem:
Longe habitans ſeruat uir bonus atque colit. &aliud.
Quid monumenta ſuper uolucrum tegina uolaſti.
Tu mihi dic ſuperum quam ue tuare domum?
Aſtra petens animæ ſum clara platonis imago.
Progenitum terra corpus at actis habet. eſt & noſtrum.
En animas hominum quonam curaſſet apollo:
Luſtraſſet ſi non oppida græca plato.

Corporibus medicans huic & æpidaurius ægris
Filius,ut ſapiens & animæque plato.
Occidit ut titan epydaurion:atque platonem
Protulit:hunc animæ:corporis hunc medicum.
Coniugia at ſeparans petiit quam condidit urbem.
Inque ſolo magni ponitur inde iouis.

Diſcipuli fuere Speuſippus atheniẽſis:Xenocrates chalcedonius:Ariſtoteles ſta/
girites: Philippus opũtius:Heſtiæus perithius:dion Syracuſanus:Amyclus He
racleotes.Eraſtus & coriſcus ſcepſii.Timolaus cyzicenus:Eueon lãpſacenus:Pi/
thon:& Heraclides ænii:Hippothales & calippus atheniẽſes:demetrius amphi/
polites:heraclides ponticus:& cõplures alii:Cum his & mulieres duæ Laſthenia
mãtinea & Axiothea phliaſia:quæ ut dicæarchus auctor eſt uirili utebant̃ ueſte.
Theophraſtũ item illius fuiſſe auditorẽ quidã referũt & hyperidẽ oratorẽ:chla/
mæleon & lycurgũ ait polemo & demoſthenẽ ſcribit ipſius fuiſſe ſtudioſũ.Sabi
nus item ĩneſiſtratũ thaſiũ ĩ quarto de medicatione libro:& eſt id quidẽ oĩno ue
riſimile:Veꝝ enimuero cum platonis ĩprimis ſtudioſa ſis:Idqꝫ haud ſane iniuria
philoſophiqꝫ ſummi dogma peculiari quodã amore ac ſtudio præcæteris ĩdaga
re pergas:operæ præciũ exiſtimaui & ſermonũ illius naturã & dialogoꝝ ordinẽ
& perſuaſionis aut ĩductionis uim ꝓ uiribus ueluti per elemẽta capitulaqꝫ dige/
rere:uti ne quæ de illius uita collegimus:dogmata quoqꝫ ſiue decreta deſideren/
tur:alias quippe iuxta ꝓuerbiũ noctuã athenas:ſi ea quæ per ſpecies diſtribuunt̃
enarrare cõmiſerimus.Dialogos itaqꝫ primũ Zenonẽ eleatẽ ſcripſiſſe ferũt.Ari/
ſtoteles in primo de poetis Alexamenũ ſtyreum ſiue teium ſicut & fauorinus in
cõmẽtariis tradit.Ceteꝝ Plato meo quidẽ iudicio id genus expoliuit eatenus ru
de atqꝫ perfecit.Ita non ſolũ ornatæ & expolitæ orationis:ueꝝ & ipſius ĩuentõis
digniſſime ſibi primatũ uendicat.Eſt aũt dialogus ex ĩterrogatione & reſponſio/
ne cõpoſitus de ea re quæ uel philoſophiã uel reipublicæ partes attigat:cũ decẽti
& congrua expreſſione perſonaꝝ quæ aſſumuntur:accurataqꝫ cõpoſitione uer/
boꝝ.Dialectica eſt diſputandi ars per quã aliquid aut ꝓbamus aut ĩprobamus
ex ĩterrogatione itidẽ:& reſponſione differentũ. Enimuero platonicæ orationis
geminus ſtilus eſt uterqꝫ ſummus: Alter ex his ĩſtituit atque imbuit appellatur
ὑφηγητικοσ:id eſt ĩtroductiuus:alter in ĩquirẽdo uerſatur.dicit̃ ζητητικοσ.
indagatiuus ſcilicet primus ille in duo diſtinguitur genera:alteꝝ in ſpeculatione
conſiſtit:alteꝝ in actione:primũ in naturale ac rõnale:ſecundũ in mortale ac ci/
uile diuiditur.Porro ſecũdus ille æque in duas ſpecies ſcinditur:prima quæ exer
cet̃ uocaturqꝫ gymnaſtica.ſecunda in ceraminibus eſt & agoniſtica dicit̃,gymna
ſticæ itidẽ bipartita diuiſio eſt:altera uelut ĩcunabula exercitationis fouet:uoca/
turqꝫ Maeeutica:altera iam ſuis uiribus nitit̃ tentatqꝫ quid poſſit:& Piraſtica di
citur:Agoniſticæ itẽ eſt bipartita diſtĩctio:alia demonſtrationi inſeruit:& Endi/
ctica uocat̃:alia uertit orationẽ & Anatreptica dicit̃:Neqꝫ ſane nos fugit pleroſ/
qꝫ platonis dialogos aliter ac nos diſtĩguere.Dicũt ex his alios dramaticos:quod
quaſi poema uideantur imitari:Alios quod narrationi ĩſeruiant diegematicos:

mixtos alios appellant.Sed ea ſane diſtinctio dialogoꝝ ſcænæ q̃ philoſophorum
ſcholæ uidetur accõmodatior.Sũt ex his quidã phyſicã tuẽtes partẽ ut Timæus:
Logicẽ ut politicus:cratylus:parmenides:& ſophiſta.Sũt qui moralẽ aſſerũt:ut
apologia:criton:phædon: phedrus:ſympoſiũ: menexenus:clitophon: epiſtolæ:
philebus: hipparchus & anſteraſtæ:ciuilẽ reſpublica:leges: minos:epinomis &
antlãticus.Mæeuticã aſtruũt alcibiades duo:theages:lyſis:laches:piraſticã:menõ
ion:carmides theatetus:endicticã ꝓtagoras.Anatrepticam euthydemus:hippiæ
duo:gorgias.De dialogo quid nam ſit:& quæ nã ſint eius differentiæ hactenus.
Quoniã uero ĩfinita cõtentio eſt aliis dicẽtibus ipſum dogmata ĩferre:aliis negã
tibus:age de his quoq; uideamus.Dogmatiſtæ ꝓpriũ eſt dogma afferre:ſicut &
legiferi leges ĩſtituere.Porro dogmata ſiue decreta ĩdifferẽter uocant̃:& quæ opi
namur & opinio ipſa.Quod opinamur ꝓpoſitio eſt.Opinio aũt ſuſpicatio ipſa
ſiue opinatio.Plato igit̃ quæ ꝑceperat ea exponit:quæ uero ſũt falſa coarguit.De
rebus ĩcertis aſſenſionem retinet:atq; de his quidem quæ ipſe opinatur quat/
tuor ĩducit ꝑſonas differentes ſocratẽ:timæũ:atheniẽſẽ hoſpitẽ:peregrinũ Ele/
atẽ:Sũt aũt peregrini nõ ut quidam opinantur plato & parmenides:ſed figmen
ta ſine noĩe ſunt.Deniq; ſocratis atq; timæi uerba dũ loquitur decreta ĩfert pla/
to:Qui mendacii coarguantur ĩducit thraſymachũ calliclẽ:Polũ:gorgiam:pro/
tagorã:hippiã:atq; euthydemũ:& huiuſmodi cæteros:at uero cũ ꝓbationibus
& argumenti concluſionibus locus eſt:plurimũ utit̃ inductione:eaq; non unica
ſed biꝑtita.Eſt.n.inductio oratio ex ueris quibuſdã ſimile ſibi ueꝝ ꝓprie colli/
ut tu:neque ſi ita ſpecioſe induat ut tu.Cum uero ab īpudico ita ageret cui forte
īſenſa erat eius grauitas:licet ne te rogare o uenerāda an ſilere:ſit ait.Quid mihi
o mulier aſpera nec cōſueta loqueris? Verboſo cuidā ignauo ocia ſua ꝑturbanti:
īprobe inqt & īpudice loqui ſeruoꝝ filii cōſueuerūt.Loquaci itidem ſe obtūdēti
nimio uerboꝝ ſtrepitu:graui inqt nutrice caruiſti.Quibuſdā uero nihil reſpon/
debat.Fœneratore quodā ac dicendi ſtudioſo quiddā ſe ignorare dicente:Latent
enim inquit & uentoꝝ tranſitus auem:niſi cū adſit fœtus.Sūpta ſunt aūt iſta ex
Enomao Sophoclis.Alexinū quēdam dialecticū Alexini quædā cōmode ac pro
merito enarrare non ualentē:quid Philoxenus aduerſus lateritios operarios egiſ
ſet admonuit.Ille enim cū hos carmē ſuū male cātantes offendiſſet:lateres illoꝝ
cōculcare cœpit ac dicere.Vos mea corrūpitis:ego ueſtra diſſipabo.Ferebat gra/
uiter ſi qs ītempeſtiue diſciplinas liberales arripuiſſet.Naturaliter autem quo/
dāmodo in diſſerendo utebatur hoc uerbo arbitror equidem:& non aſſentie/
tur iſtis ille eum ex nomine appellans:idque diſcipulorum quoque plurimi imi
tabantur:neque id ſolum ueꝝ & rhetoricen eius omnēque dicendi modum ac
figuram in ſe nitebantur exprimere.erat aūt illi inuentionis præcipua fœlicitas.
Rite item ac facile occurrere obiectis:orationiſque ambitum ad id quod erat
propoſitū referre:atque omni ſe tēpori accōmodare mirifice callebat.Magna il/
li præterea ultra omnes cæteros erat perſuadendi quæ uellet acrimonia.Qui/
bus ex rebus factum eſt:ut ad eum audiendū confluerēt plurimi:& quidē cum
illius īmodico acumine offenderentur.Quod tamen illi ipſi æquo animo ac li/
benter tolerabant.erat enim uir bonus ualde:ſuoſque auditores bona ſpe ple/
nos emittebat.erat illi ſumma facilitas ī cōmunicandis rebus ſuis:atque ad ferē
da beneficia prōptus occurrebat:latere quoque grām omni ſtudio quærebat:fa
ſtū eiuſmodi maxime exhorrēs.Denique īgreſſus aliquādo ad Cteſibium ægro
tum uidenſque inopia reꝝ anguſtari:plenū nūmis ſacculū clam eius puluīo ſub
iecit.Quo ille inuento Arceſilai inquit hic ludus eſt.Sed & alias mille ad eum ſo
lidos miſit:Archiā uero arcadē eumeni cōmendans ut magna dignitate fruere
tur effecit.Liberalis quoque admodū fuit:ipſāque liberalitatē ſuam argēteis in/

primis uaſis præferebat:atq; cũ Archecratis & Callicratis apparatu cõtendẽs:aurea quoq; uaſa ĩ ſtudio habuit:plurimiſque ea ſubminiſtrabat:qbus & conuiuia & cænas faciebant. Accepat ab eo qdam ad ſuſcipiendos amicos argẽtea uaſa.cũ uero is egenus eẽt non repetiit. Aiunt alii de ĩduſtria hæc illũ utẽda dediſſe:& cũ ea ille redderet:quia paup erat:illi largitũ fuiſſe. Erat quidẽ illi & ĩ pitane ſubſtantia ex qua ſibi Pylades frater ſuppeditabat ad uitæ uſus. Sed & Eumenes Philetæri filius ipſum largiſſimis frequẽtibuſq; illuſtrabat dõis. Quocirca & huic ſoli præter cæteros ſtudebat reges. Cũ aũt Antigono pleriq; obſequerenť:illiuſq; domũ ſalutandi cá frequẽtarẽt:ipſe quietẽ agebat nolens ĩ illius notitiam incidere. Hieroclis itẽ amicitiis ĩprimis fruebatur:q munychiá poſſidebat & piræũ. Itaq; diebus feſtis ſemp deſcendere ad eũ conſueuerat:& cũ ab eo quoq; ut Antigonũ ſalutatũ pergeret ĩduceret nõ acqeuit:ſed ad uſq; illius ianuas pfectus retro rediit. Poſt naualẽ uero antigoni pugnã plurimis illũ adeuntibus epiſtolaſq; p cõſolatione ſcribẽtibus tacuit ipſe. Attamen pro pria legatione ad Antigonũ ĩ demetriadem functus abſq; effectu rediit. Oẽ igitur tẽpus uixit ĩ academia:reipu. negocia fugiẽs & cõſilia dánans. Interdũ & athenis in piræo morabať ex tẽpore dicens. Hierocle enĩ ut diximus utebať familiariter:unde & a pleriſq; carpebatur. Magnificentia præterea excellens:qd enĩ rectius dici poteſt q̃ alter Ariſtippus. Cœnas cũ ſimilibus ſæpe celebrabat:ipſeq; ad illos pficiſcebať. Theodote itẽ ac Philete elięſibus ſcortis palá cõgrediebať: detrahẽtibus aũt Ariſtippi ĩſtituta recenſebat. Adoleſcentibus itẽ maxime ſtudebat:eratq; in amorẽ pnus. Vnde illũ Ariſton chius ſtoichus corruptorẽ iuuenũ diſertũq; ĩpudicũ & temerariũ appellans accuſabat. Náq; & Demetriũ cũ is Cyrenẽ nauigaſſet:amaſſe plurimũ dicitur:& Myrleanũ leocharẽ:de quo & ad comeſſantes dixiſſe ſe quidẽ aperire uelle:illũ aũt phibere. Hunc amabãt & Demochares lachetis & Pythocles beſelii filius. Quos ille cũ deprehendiſſet:cedere ſe tolerádo dixit. Præterea carpebant eũ & obiurgabãt ii quos diximus:ut uulgo addictum gloriæq; ſtudioſum. Maxime aũt illũ apud Hieronymũ pipateticũ uexabãt:cũ amicos cogeret ad natalẽ diem Alcyonei Antigoni filii:qua die pecunias plurimas ĩ ſũptus quotãnis mittebat Antiganus. Vbi cũ deuitaret ĩter pocula diſſerere: Aridelo pponẽti ſibi quiddam quod ſpeculatione indigeret:oratiq; ut ſup illo diſſereret:dixiſſe fertur. At hoc ipſum ĩ primis philoſophiæ propriũ ẽ:cuiuſq; rei tẽpus ſcire. In id aũt quod turbæ addictus culpabať:& Timõ itidẽ ſuo ut ſolet curſu coarguit. Cũ tamẽ eẽt eiuſmodi :ita moderatus & faſtus fugiẽs erat:ut diſcipulos moneret & alios audire:& cũ adoleſcẽs qdá chius ex ludo ſuo Hieronymi quẽ prædiximus ſcholã plus ſibi placere ſignificaſſet:ipſe manu apprehenſũ ad illũ duxit: philoſophoq; commendauit admonẽs ſeruare ordinis ac diſciplinæ grauitatẽ. Perlepidum & hoc illius dictũ memorať. Percõtanti enĩ cur ex diſciplinis aliis plæriq; ad ſectã epicureá tráſirẽt:ex epicureis uero nullus ſe ad cæteras cõferret:ait:quia ex uiris quidẽ galli ſiũt:ex gallis uiri nunq̃. Cũ uero iá eſſet morti pximus:ſua oĩa Pyladi fratri legauit:q̈ is illũ chiũ clã mœrea atq; inde athenas deduxerat. Nunq̃ uero aut uxorem duxit aut filios genuit. Tria teſtamẽta conſcripſit. Ex his unum

eretriæ penes Amphicritum depoſuit: ſecũdum athenis apud quẽdam ex ami/
cis: Tertium domũ ad Thaumaſiã quẽdam neceſſarium ſuum miſit orans ut il
lud ſeruaret: ad quem ita etiam ſcripſit. Arceſilaus Thaumaſiæ ſalutẽ. Teſtamen
ta mea Diogeni tradidi ad te perferẽda. Quia enim ſæpius ægroto: & corpe non
rite ualeo: teſtamentum conficere placuit: ut ſi quid cõtingat inopinatũ: ſine tua
iniuria ꝓficiſcar ex uita: qui unus ex oĩbus maxime me affectu ꝓſecutus es: fidiſſi
mus aũt oĩum q hic ſunt cũ mihi ſemper fueris: diligenter ea ſeruare ſtude: tũ
ꝓpter ætatẽ: tum ꝓpter neceſſitudinẽ. Cura igitur memor q̃ntũ tuæ fidei cõmit
tam: ut quod apud te totum deponã q̃tum in te ẽ: id moliri: ut negocia mea ho/
neſte diſpoſita ſint. Poſita ſunt aũt iſta athenis apud quendam ex amicis: & ere/
triæ penes Amphicritũ: Obiit ut Hermippus ait: cũ merum immodice hauſiſ/
ſet: ac per id offendiſſet ſeptuageſimo & quinto ætatis anno: ſuſceptuſque eſt ab
athenienſibus ut nemo alius.

Quid uini tantum dic Arceſilae bibiſti:
Extra ſis mentem lapſus ut ipſe tuam?
Non tam te miſeror ꝗ mortuus: at quia muſas
Tu potus nimio læſeris e calice.

Fuerũt & tres alii arceſilai: primus poeta priſcæ comœdiæ: ſecũdus elegiæ poe/
ta: tertius ſculptor: in quem & Simonides hoc ſcripſit epigrãma. Signũ hoc dia/
næ eſt: Ducentæ enim merces eius dragmæ: Artifex elaborauit Palladis manibꝫ
Dignus Arceſilaus Ariſtodici filius. Predictus aũt philoſophus ut ait Apollodo
rus ĩ chronicis floruit maxime circa centeſimam & uigeſimã Olympiadem.

## Bion Boriſthenites.

BIon genere quidẽ boriſthenites fuit. Quibus uero ſit ortus paren
tibus: & quibus ex rebus ad philoſophiam ſe contulerit: ipſe An/
tigono aperuit. Cũ enim ille ſciſcitaretur quiſnam: unde: ubi illi/
us eſſet patria atq; parentes: ſentiens ſe uituperatum eſſe apud re
gem atq; ideo ſic locutũ ad illũ ait. Pater quidẽ meus libertus fu/
it cubito ſe tergens. Significabat aũt illum ſuccidiã & lardum uẽ
dere. Boriſthenites genere non habens faciẽ: ſed in facie ſcripturam acerbiſſimi
domini: mater autẽ quam huiuſmodi ducere potuit. Deinde pater neſcio quid
in rem publicanoꝝ cõmittens cũ tota domo uenundatus eſt. Me aduleſcentu/
lum haud ignauũ uel ingratũ orator qdam emit. Is moriens mihi oĩa reliquit.
Ego tabulas ipſius exurens cunctaſq; conſcindens athenas conceſſi: ibiq; philo/
ſophatus ſum. Hoc mihi genus ẽ: iſta ꝓgenies: iſta habui quæ de me dicerẽ. De/
ſinant igit̃ Perſeus ac philonides ea hiſtoriæ tradere: me aũt ex me ipſo intuere:
& erat ſane Bion alias uerſatili ingenio: & ſophiſta callidus: puerq; circa philo/
ſophiã ſe exercere uolentibus occaſionẽ præbuerat. In quibuſdam uero lenis &
lympidus faſtuque perfrui ualens. Cõplura aũt reliquit cõmentaria: ſed & ſen/
tẽtias utiles & graues: ut illud. Cũ ſibi probro dareť: ꝗ adoleſcẽtẽ nõ ſibi uendi/
caſſet. nõ enĩ inqt poſſibile ẽ mollẽ caſeũ hamo attrahere. Interrogatus aliquan
do quiſnã anxietate maiore detineť? Ille inqt q ſe maxime cupit eſſe fœlicem &

quietū.Rogatus an ducēda eſſet uxor? refert̄ enī &, ad hūc iſtud:ſi quidē ait tur/pē duxeris:pœnā hēbis:ſin aūt formoſam cōis erit.Senectutē maloꝝ oīum portum aſſerebat:ſiquidem ad ipſam cūcta confugere:gloriam annoꝝ eē matrem: pulchritudinē alienū bonū:diuitias neruos reꝝ.Ad eū q fundos ſuos uorauerat: Terra inqt Amphiaraū abſorbuit:ſed terrā tu. Magnū aiebat malū eē ferre non poſſe malū.Arguebat eos q hoīes quaſi ſine ſenſu eēnt exurerent:eoſq̧ ueluti ſē ſu præditos adurerent.Dicebat aūt iugiter optabilius eē ſpeciem alteri largiri ſuam:q̄ alienam petulanter ābire.Corpore quippe atq̧ aīo lædi q id feciſſet.Sed & Socratē in ius uocabat dicēs. Nā ſiquidē alcibiade uti potuit & abſtinuit:inanis fuit:ſin uero nō ualuit:nihil magnū fecit.Facilē eē dicebat ad īfernū uiam:clau/ſis enī oculis illuc iri.Alcibiadē culpans dicebat illū dum eēt adoleſcens uiros ab uxoribus:iuuenē uero uxores a uiris abduxiſſe.Rhodi athenienſibus ad orato/riam ſe exercētibus philoſophiā ipſe docebat.Cauſante quodam cur ita faceret. Frumenta inqt attuli:& ordeū uendo.Dicebat eos qui eſſent ī inferno magis ꝑ/fecto cruciandos:ſi ītegris q̄ ſi pforatis uaſis aquas ferrent.Orāte ſe uerboſo quodā ut ſibi opē ferret:ſatis īquit tibi faciā:ſi q precent̄ ꝑ te ad me miſeris:ipſe quoque nō ueneris.Nauigans cū peſſimis hoībus in latrones īcidit.Dicentibus illis pibimus ſi agnoſcamur:at ego īquit niſi agnoſcamur.elationem eē aſſerebat ꝑ/fectus īpedimentum.Ad diuitē auaꝝ non inqt hic ſubſtantiā poſſidet:ſed ab ea ipſe poſſidet̄.Tenaces itaq̧ aiebat opū ut ſuaꝝ hr̄e curā:ueꝝ ex eis ut ex alīeīs nihil cape utilitatis.Fortitudine inquit cū ſumus iuuenes utimur:at cū ſeneſcere īcipimus prudentia uigemus.Tantū uero prudentiā a uirtutibus cæteris differre aſſerebat: q̄ntū uiſū ab aliis ſēſibus.Aiebat nō eē exprobrandā ſenectutē quippe ad quā oēs ꝑuenire cupimus.Inuido cuidā ſubtriſti neſcio īqt utꝝ tibi malū:an alteri bonū cōtigerit.Impietatē peſſimā eē dicebat cōtubernalem fiduciæ:in ſer/uitutē enī uiꝝ redigit:quātū libet ille ore audax ac liber ſit.Amicos q̄leſcūq̧ ſint oportere ſeruari:ne uideamur uel malis uti:uel deuitare bonos. Is in principio quidē academiæ īſtituta aſpernabat̄:quo tēpore Cratis auditor erat:deinde Cynicū elegit īſtitutū ſūpto pallio & pera.Nā quid iliū aliud ad eā animi conſtantiā traduxit.Demū uero ſe ad theodoria trāſtulit: Theodori athei auditorium fre/quātans:q oī orōnis genere uti ſolebat ī dicēdo.Poſt hūc uero Theophraſtū peripateticū audiuit.Erat aūt & ſpectaculoꝝ ſtudioſus:riſumq̧ mouere auditoribꝫ maxime pitus grauibus noībus aduerſum res utens. Quia uero orōnem ſuam oī dicēdi genere tēperauerat:aiunt Eratoſthenē dixiſſe de illo. Primus oīum Bion philoſophiā uario orōnis flore ueſtiuit.Erat illi itē & faciendis uerſibus īge/niū præcipue accomodatū.Eius ſunt illa.O pater archyta & cætera.Sed oīno & muſicā & geometriā ꝑ ludo habuit.Apparatus quoq̧ magnifici ac precioſi erat ſtudioſus:atq̧ ideo ex urbe ī urbē ſæpe migrabat.Sæpe ſibi ex arte moliebatur. Rhodi deniq̧ nautis pſuaſit ut ſūpta ſcholari ueſte ſe ſequerent̄.cūq̧ his īgreſſus gymnaſiū cōſpicuus fuit.conſueuit & adoleſcētes ſibi adoptare:ut eis & ad uoluptatē abuteret̄:& ab eoꝝ beniuolentia ꝓtegeret̄.Sed & ſui uehementer amās fuit:ſemperq̧ illud ſibi ī ore erat:amicoꝝ cuncta coīa ſunt.Idcirco & nemo illius

diſcipulus īſcribit̃:cũ tot habuerit ſui auditores.Quoſdam uero ad impudentiã prouexit.Vnde & Butio unus ex familiaribus ſuis aliquando ad Menedemum dixiſſe fertur.Equidem o Menedeme noctu Bioni coniũgor: nihilque ĩdignum mihi paſſus uideor.Multa etiam ſceleſtius cõgredientibus colloquebat̃.Hoc ãt ex impii Theodori diſciplina hauſerat.Poſtremo incidens ĩ malam ualitudinẽ: ut dixerunt q̨ erant ex chalcide:illic enĩ & uitã finiuit:ligaturas ſuſcipe inductus ẽ:& pœnitentiam agere ſuper his quæ peccarat in deũ.Eoꝶ uero inopia quibus infirmoꝶ cura erat dire cruciatus ẽ quoad Antigonus duos illi famulos miſit. ſecutuſque eſt eum in ſella ut fauorinus tradit in oĩmoda hiſtoria:ſed hic quoque uita exceſſit.Illũ nos ita accuſati ſumus.Biona boriſthenitem refert ſcythica tellus dixiſſe:audimus deos q̃ uere nihil ſint.Ac ſiqdem id dogma tueri perſtitiſſet merito dicendus eẽt ſenſiſſe ut uiſum eẽt:&ſi male uiſum eſſet : tamen at nũc longo morbo tabeſcẽs ac mori ꝑtimeſcẽs qui deos nõ eſſe dixerat: fanũque nõ uiderat:mortalibus quique illudebat uiris dum diis ĩmolarẽt: non mõ gratis ſuper ararũ ac menſæ nidore deoꝶ hoſtiis admouit nares: nec modo peccaui dixit:uetera diluite:ſed & anui collũ facile porrexit excantandum brachiaque ligaturis perſuaſus deuinxit:rhamnũque & lauri ramũ ianuæ ĩpoſuit:cuncta ꝑpeti magis q̃ mori paratus.Stultus qui mercede cupiit deum redimere:q̃ſi tunc dii eſſent:cũ illos Bion æſtimare uellet.Ergo nequicquã ſentiens cum lẽbus erat carbo totus tendẽſque manũ ita ferme ait.Salue inquit Pluto ſalue.Decem uero Biones fuere.Primus qui pherecydi ſyro cõtemporaneus fuit:cuius duo ferunt̃ libri:eſt autem proconneſius. Secũdus ſyracuſanus qui artes rhetoricas cõſcripſit.Tertius hic ipſe.Quartus ex Democriti familia & mathematicus Abderites q̨ attice ſcripſit & ionice. Hic prior eſſe dixit regiões q̃ſdã ubi eẽt ſex menſiũ nox & totidem dies.Quintus ſolenſis q̨ conſcripſit æthiopica.Sextus rhetoricus cuius ferunt̃ libri nouẽ muſarum ĩſcripti.Septimus lyricus poeta.Octauus Mileſius ſculptor:cuius & Polemo meminit.Nonus poeta tragicus ex his qui tarſici dicuntur.Decimus itidem ſculptor clazomenius ſiue chius: cuius & hipponax meminit.

## Lacydes cyrenæus.

LAcydes Alexandri filius cyrenæus nouæ academiæ princeps Arceſilaique ſucceſſor fuit: uir eximiæ ſeueritatis: habuitque inſtituti ſui non paucos æmulos.Fuit ab adoleſcentia ſumme ſtudioſus: & pauper quidem: ſed gratus admodum : atque in ſermone iocundus. Aiunt eum & circa rem familiarem dulciſſime ſe habuiſſe: cum ex penu promere quicq̃ uoluiſſet obſignato aditu rurſus annulum per foramen ĩtus iaciebat:ut nihil inde ex reconditis rebus tolleretur.Id cum animaduertiſſent famuli reſignabant quæ ſignata erant:& quæ uoluiſſent inde tollebant: ac deinde annulum in porticum per rimam immitebant.Idque cum ſæpe facerẽt nunq̃ deprehendi potuerunt.Lacydes igitur academiæ ſcholã habebat in orto: quẽ Attalus rex fieri curauerat:lacydiũq; ab ipo appellatus eſt:ſoluſque ex omni memoria iuuenis phocenſibus Telecli & Euandro ſcholam tradidit. Porro.

Euandro ſucceſſit Heſgeſinus pergamenus:a quo Carneades.Lepidum uero il/
lud ad Lacydē referť.Attalo.n.deniqꝫ illum ad ſe accerſente dixiſſe ferť imagines
ꝓcul eſſe ītuēdas.Sero aūt geometriæ dāti operā ait quiſpiā certe ne nūc tp̄s cer/
te ne nūc quidē?Obiit aūt cū ſcholā regere cœpiſſet:quarto anno centeſimæ tri/
geſimæ quartæ olympiadis uigīti & ſex annis in ſcholæ regimīe conſūptis.Mor
tuus ē aūt ex palyſi quā ex īmodica potatōe īcurrerat:& nos de illo ita cecinimus

Fama tui Lacyde nota eſt ꝙ & ipſe lieum
Exceptum ſtygias traxeris uſque domos.
Planum eſt ꝙ Bacchus penetrat cum corpora multus
Soluit ea:idcirco nil ſatus eſt bromius.

## Carneades.

CArneades Epicomi ſiue ut Alexāder in ſucceſſionibus tradit Philo
comi filius cyrenæus:hic ſtoicoꝝ & Chryſippi libris diligētiſſime
plectis eis modice reluctabať:adeoqꝫ id uerecūde faciebat:ut id ſæ/
pius diceret:niſi Chryſippus eēt:nō eſſem ego.Fuit aūt uehemēter
ſtudioſus:porro phyſicæ minus curā habuit:ethicæ ſe magis deuo
uit.Quocirca & cæſariē & ungues nutriebat præcipua ītentione ſtudioꝝ.Adeo
aūt in philoſophia uiguit:tātūqꝫ ſibi in ea neruoꝝ cōparauit:ut oratores quoqꝫ ī
ipſis ſcholis ad eū audiēdū ꝓgerēt.Erat aūt illi & uox maxima & præcipue ſono/
ra:adeo ut gymnaſii princeps ad illū mitteret:ac ne ita clamaret admoneret.Ad
quē ille.Da uocis modū inqt.Et ille ſapiētiſſime ſane cōgrueqꝫ reſpondit.Modū
enim habes ait auditores. Acriter aūt īuehebať atqꝫ in quæſtionibus erat īſupe/
rabilis.Cœnas aūt ob cauſas prædictas iam declinabat.Hic aliquādo cū Mentor
bithynus diſcipulus atqꝫ auditor ſuus pellicē ſuā adamaret:ut Fauorinus refert
in oīmoda hiſtoria:īter dicēdū ita in illū iocatus eſt.Verſať hic ſenex qdā īanis ſu
tilis Mentori corpore atqꝫ uoce ſimillimus:eū hac ſchola abdicari placet.At ille
cōtinuo exurgēs ītulit hæc illi dixere:cōcite iſti ſurrexerūt.Durius aūt uideť cir/
ca finē uerſatus eſſe cū ſæpius diceret quæ cōſtituit natura & cōpegit ea & diſſol/
uet.Cū aūt didiciſſet Antipatrum ueneno hauſto defunctū & ipſe īcitatus eſt ad
audēdū cōtra mortē:aitqꝫ ſuis.Date igiť & mihi.Qui cū dicerent qd? ait mulſū.
Defuncto aūt illo defectionē lunæ factā aiūt:ut cōpati ſibi uideri poſſit.Pulcher/
rimū poſt ſolē ſydus refert Apollodorus in chronicis humanis eū exceſſiſſe re/
bus olympiadis cēteſimæ ſexageſimæ ſecūdæ anno q̄rto:cū uixiſſet annos octo/
ginta qnqꝫ.Feruntť eius epiſtolæ ad Ariathem cappadociæ regem.Reliqua ipſius
conſcripſere diſcipuli:ipſe enim nihil reliquit.eſt autem & in hunc noſtrum epi/
gramma logadico & archabuleo metro.

Quid me carneade:quid me muſa uis arguere?
Indocilis qui nihil uidit quod metuerat mori.
Quando & phthiſicum olim habens peſſimum morbum
Noluit ſolutionem habere:ſed audiens ꝙ uenenum
Antipatrus bibens extinctus eſt:date igitur
Inquit aliquid & mihi bibere.

Quid tamen? quid date mulſum ualdeque
Habuit prompta hæc natura continens me:
Et diſſoluetur iam:& hic quidem nihil minus
Ceſſit ſub terram:dicebat autem plura
Mala lucra habentem ire ad Plutonem.

Fert ei lumina calligine offendi ſolita:ipſo nihil aduertẽte:iubereq̃ ſolitũ puero lucernã accẽdere:quã ille cũ ītuliſſet:ac diceret attuli:reſpõdere cõſueſſe lege igit. Huiuſce alii complures fuere diſcipuli:ſed excelluit oĩbus Clitomachus:de quo etiã ſubſequẽter dicẽdũ. Fuit & alius Carneades elegiæ poeta paꝝ ꝓbatus.

## Clitomachus.

CLitomachus carthaginenſis patriaq̃ lĩgua Aſdrubal appellabat:in qua etiã apud ſuos philoſophari cõſueuerat. Athenas aũt cõtendit quadragĩta annos natus:audiuitq̃ Carneadẽ. Eius ille ĩduſtriã animaduertẽs litteras doceri fecit:ac ſtudioſe ĩbuit uiꝝ. Ad tantũ aũt peritiæ ꝑuectus eſt:ut ultra q̃dragĩta uolumina ſcripſerit ſucceſſeritq̃ Carneadi: cuius etiam dicta maxime ĩlluſtrauit litteris. Verſatus eſt aũt in tribus maxime ſectis:academicoꝝ ſcilicet peripateticoꝝ atq̃ ſtoicoꝝ. Porro academicos ita fere laceſſit Timon neq̃ academicoꝝ latiloquentiæ inutilis. Hactenus de academicis:qui a Platone fluxere diximus:ueniendũ iam ad peripateticos:& eos a Platone uenientes:quorum fuit princeps Ariſtoteles:& primo de ipſo dicendum.

# Laertii Diogenis liber quintus.

## Ariſtoteles.

ARiſtoteles nicomachi Phæſtiadiſq̃ filius ſtagirites fuit. Porro Nicomachus a Nicomacho Macaonis filio Aeſculapiiq̃ nepote originẽ duxit:ut Hermippus in eo libro quẽ de Ariſtotele ſcripſit tradit:erat q̃ carus ĩprimis Amyntæ macedonũ regi medicinæ & amicitiæ gr̃a. Hic ĩter oĩs Platonis diſcipulos maxime excelluit: uoceque gracili ut Timotheus athenienſis in libro de uitis refert:& exilibus cruribus paruiſq̃ oculis fuit:ueſte ĩſigni & annulis ac tõſura utẽs. Natus eſt aũt illi & filius Nicomachus ex Herpyliae pellice:ut Thimotheus ait. Receſſit a Platone dũ adhuc ſuꝑuiuere‍t. Vnde dixiſſe illũ tradũt. Ariſtoteles in nos recalcitrauit non ſecus atq̃ in mr̃em puli geniti. Refert Hermippus in uitis cũ atheniẽſiũ legatus ad Philippũ ꝓfectus eſſet Ariſtoteles:academicæ ſcholæ præfectũ fuiſſe Xenocratẽ. Cũ uero reuerſus eẽt:ſcholãq̃ ſub alio uidiſſet:elegiſſe in lycio peripatũ: illicq̃ uſq̃ ad ũctionẽ deambulãdo cũ diſcipulis philoſophari ſolitũ:atq̃ ideo peripateticũ appellatũ eſſe. Alii idcirco ſic uocatũ aſſerũt.ꝙ ex ægritudie cõualeſcẽti ac deãbulãti Alexandro aſſiſtẽs quædã diſſerere ſoleret. Vbi uero iam plures eſſe cœperãt:ſedẽs docebat dicẽs turpe eſſe reticere: Xenocratẽ uero loq ꝑmittere. ad ꝓpoſitã quæſtionẽ diſcipulos una exercebat ſimul & oratoriam docens. Deinde ad Hermiã eunuchũ

profectus eſt Atarnenſium tyrãnum: quem alii quidem pædicã ipſius fuiſſe tradunt. Alii uero ſibi affinitate iũctũ: tradita ei filia ſiue nepte: ut refert Demetrius magneſius in libris de poetis ac ſcriptoribus æquocis: qui & Eubuli ſeruum Hermiã fuiſſe ait bithyniũ genere: quẽ & dominũ ſuũ enecaſſe. Porro Ariſtippus in primo de antiqs deliciis libro Ariſtotelẽ ait Hermiæ pellicẽ adamaſſe: quã ille cũ ſibi pmiſiſſet: duxiſſe eã & gaudio elatũ imolaſſe mulieri: ut atheniẽſes Eleuſinæ Cereri Hermiæq; pæana ſcripſiſſe qui ευλον hoc eſt itus ſcriptus eſt. Hic iam in macedonia apud Philippũ uixiſſe: Atq; ab eo Alexandrũ filiũ erudiẽdũ accepiſſe: petiſſeq; iſtaurari ſolũ patriũ a Philippo uerſũ. Id ubi ipetraſſet dediſſe illis leges. In ſchola quoq; leges tulit imitãdo Xenocratẽ: ut decẽdialẽ pricipẽ facerẽt. Vbi uero Alexãdro iſtituẽdo ſatis uiſus eſt nauaſſe operã: eũq; ſibi deuixiſſe: cõmẽdato illi cognato Calliſthene Olynthio athenas conceſſit. Eũ audacius q̃ par erat alloquentẽ regẽ & minime illi obſequẽtẽ ab ipſo icrepitũ aſſerũt: uerſu admonẽte: ni talia loq deſiſteret: mature pituꝝ. quod & factũ eſt. Nãq; Hermolao in Alexãdrũ iſidiaꝝ ſocius fuiſſe dephẽſus cauea ferrea circũduci pædore atq; ſquallore obſitus leoni poſtremo obiectus eſt: ſicq; exceſſit e uita. Enimuero Ariſtoteles athenas ꝓfectus: cũ illic tredecim annis docuiſſet: clã in chalcidẽ conceſſit: q̃ ab Eurimedõte hierophãta ipietatis accuſatus eẽt: ſiue ut Fauorinus ait in oĩmoda hiſtoria a Demophilo: q̃ hymnũ i eũ quẽ prædiximus Hermiã ſcripſerit: Epigrãmaq; ſtatuæ quæ in delphis eſt nouũ iciderit. Improbe peremit Perſa ſagittarius.

Rex perſæ flexis tranſmittere ſpicula docti
　Arcubus: aſt auſus ius uiolare ſacrum:
Perdidit hunc aſtu diro certamine uictor
　Vſus fallacis credulitate uiri.

Hic uero ut ait Eumolus i q̃nto hiſtoriaꝝ aconitũ bibens mortuus ẽ ſeptuageſimo ætatis anno. Idẽ uero refert ipm Platoni trigĩta annoꝝ ſe i diſciplinã dediſſe: ſed profecto fallitur. Namque ſeptimo decimo ætatis anno Platonem audire cœpit. Eſt autem hymnus huiuſmodi. Virtus laborioſa mortalibus uitæ profecto præclara & cætera.

Virtus difficilis maximus & labor
Humano generi nobilis: optima
Tu uenatio uitæ
Es mortalibus omnibus.
Nam propter ſpeciem tuam uirgo mori
Nimirum celebris caſus & inclyta
Eſt in græcia: & altis
Se præſtare laboribus.
Talem tu iacis in pectora nobilem
Fructum: perpetuo tempore qui manet.
Auro tu melior: tu es ſomno & genitoribus.
Lædæ cum pueris amphitrionides
Cauſa uirgo tui triſtia duraque

Paſſi: multa tulerunt
Geſtis dum tribuunt opus.
Et deſideriis eacides tui
Aiaxque in ſtygias incolumis domos
Deſcendere tyranni
Exorabilis haud quidem
Formæ cauſa tuæ uirgoque atarnai
Phœbeo miſerum lumine filium
Priuauit carmine certe
Quo ſemper celebrabitur
Ipſum mnemoſine progenitæ canens
Sacræ pierides laudibus & Iouem
Augent quæ quoque xenion
Cordis firmaque præmia.

Primã hunc orõnẽ iudicialẽ pro ſeipſo ſcripſiſſe: cũ huius criminis argueret. Fauorinus in oĩmoda hiſtoria auctor eſt ac dixiſſe athenis pyꝝ ſuper pyro ficumq; ſuper fico ſeneſcere. Ait aũt Apollodorus in chronicis natũ illũ anno primo nonageſimæ nonæ olimpiadis: perrexiſſeque ad Platonem ſeptimo decimo ætatis anno: annoſque uiginti apud eum fuiſſe commoratum. Tum uero ueniſſe mitylenen principe Eubulo quarto anno centeſimæ octauæ Olympiadis. Verum Platone primo anno functo uita ſub Theophilo profectum eſſe ad Hermiam: manſiſſeque annos tres: ſub Pythodoto autem ſe contuliſſe ad Philippum ſecũdo anno centeſimæ nonæ Olympiadis Alexandro quintum decimum iam annũ ætatis agente: Athenas uero conceſſiſſe ſecundo anno centeſime undecime Olimpiadis: atq; in lycio tredecim annos docuiſſe: ac demum perrexiſſe chalcidem tertio anno centeſimæ quartæ decimæ Olympiadis: morboque periſſe: cum eſſet annorum ferme ſexaginta trium: quo etiam tempore Demoſthenes in calabris defunctus ſit ſub Philocle. Fertur autem ob Caliſthenis inſidias in Alexandrum inſenſum fuiſſe regi: illumque ad eum contriſtandum Anaximenem extuliſſe: ac miſiſſe Xenocrati dona. Obiurgauit eum epigrãmate Theocritus chius: ut ait Ambrion in libro de Theocriti uita: in hunc ſenſum. Hermiæ eunuchi ſimul atque eubuli ſerui Mauſoleum ſtruxit uanus Ariſtoteles. Timõ quoque ſic illum agit. Neque Ariſtoteles uaniloquiis miſerandis. Hæc uita philoſophi fuit. Cæterum nos ipſius quoque teſtamenta legimus in hunc ferme modum. Bene quidem ac rite erit. Quod ſi quid contigerit: ita legauit Ariſtoteles. Curatorem quidem omnium & per omnia iuſſit eſſe antipatrum. Quoad uero Nicanor adoleſcat: curatores ac tutores inſtituit Ariſtomenem. Timarchum. Hipparchũ. Cliotelem & Theophraſtũ ſi uoluerit: ac ſi poſſibile fuerit: filioꝝ & Herpylidis reꝝq; omnium. Cumque puella fuerit matura uiro tradi illam Nicanori. Sin uero puellæ quippiam contigerit: quod abſit: uitaque prius q̃ connubio iungatur: ſiue etiam poſtquã nupſerit ante q̃ filios procreet: exceſſerit: Nicanor dominus eſto: ut & de puero & de cæteris digne nobis ac ſe diſponat. Curet autem Nicanor

& de puella & de puero Nicomacho: nihil ut illis deſit: patris ac fratris una in plens munus. Quod ſi Nicanori quidpiã cõtigerit: quod abſit: ſiue priuſq̃ puellã duxerit: ſiue poſtq̃ duxerit: nundũ filiis natis: quæ quidẽ ille íſtituerit ea rata ſun to. Sin autẽ uoluerit & Thophraſtus puellæ curã hẽat. Sin alias curatores habito cũ Antipatro cõſilio: & de puella & de puero diſponãt: ut eis uidebit optimũ. Cu ram aũt habeãt tutores & Nicanoris mei & Herpylidis memores: nãq; erga me ſtudioſa plurimũ fuit cæterorũq; oíum: & ſi uiꝝ accipe uoluerit curẽt: ne ĩdigne n obis locetur. Deniq; illi præter ea quæ antea acceperat de nr̃a ſubſtantia talen tũ argenti treſq; ſi uoluerit famulas & ancillã quã hẽt & pyreũ pueꝝ. At ſi quidẽ in chalcide hĩtare uoluerit: hoſpitiũ quod penes ortũ ẽ: ſin aũt ĩ ſtagiris paternã domũ. Vtrũ uero hoꝝ maluerit: ſtudeãt ꝓcuratores domũ ita neceſſaria ſupelle ctile íſtruere: ut & ſibi honeſte & Herpylidi ſufficienter íſtructa uideat. Curæ ſit aũt Nicanori & Mirmecẽ pueꝝ nõ indigne nobis ad ſuos referri cũ eius quas ce pimus facultatibus. Sit aũt & Ambracida libera: cũq; puella uiro tradet: quĩgen tas illi dragmas ancillãq; quam habeat dari iubeo. Sed & thalæ præter ancyllam quã hẽt emptã dragmis mille: & ancillulam. Simo quoq; abſq; priore pecunia in pueꝝ aliũ ſiue pueꝝ emi ſiue pecuniã dari. Tachonẽ eẽ libeꝝ cũ puella nupſerit. Philonẽq; & Olympiũ eiuſq; filiolũ. Porro eoꝝ q mihi famulant pueroꝝ nullũ uenire uolo: ſed hæredes eis uti. Cũ uero adulti erunt ꝓ merito dimitti liberos uolo. Curent itẽ ut conſument quæ Grillioni ſunt traditæ exſculpendæ imagi nes. Vbi uero pfectæ erũt: ſuis ĩponant locis. Nicanoris quoq; ac ꝓxeni quã ſcul pẽdã cogitabã matriſq; Nicanoris. A rimneſti uero quæ pfecta ẽ ſuo ſtatuat lo co: ut ſit ipſius monumẽtũ: quia ſine liberis defunctus ẽ. Matris quoq; nr̃æ Cere rem ĩ nemea locet aut ubicũq; uidebitur. Vbi uero tumulũ fecerit: ibi & Pythia dis ſublata oſſa cõdat: ſicut ipſa præcepit ſiſtat: & ſeruari nicanoris uotũ quod ꝓ illo uouimus aĩalia lapidea cubitoꝝ quattuor Ioui ſeruatori ac Mineruæ ſerua trici ĩ ſtagiris. Hæc teſtamentoꝝ ipſius ſeries fuit. Fert aũt ollas plurimas reptas eẽ Lyconẽq; dicere illũ ĩ pelui calentis olei lauari ſolitũ oleũq; uenũdare. Quidã utrem calentis olei ſtomacho illũ ĩponere cõſueuiſſe tradũt: & cũ ſe ad quieſcen dum cõponeret: æreã ſpæram tenere ĩ manu patella ſubiecta eo cõſilio: ut cũ dor mientis manu excuſſa ſpæra in ſubditũ æreũ uas incidiſſet ſono illius excitus ex urgeret. Eius eẽ præclaras iſtas ſnĩas legimus. Interrogatus quidnã mendaces lu crarẽtur: ut cũ uera inquit dixerint: non illis credat. Cũ ſibi probro daret: q̄ neq̃ homini miſericorditer tuliſſet opẽ: non inquit mores miſeratus ſum: ſed homi nem. Amicis ac diſcipulis iugiter iſta conſueuerat dicere ubicunque moraretur. Aſpectus quidem a continenti aere lumen accipit: animus autem a diſciplinis li beralibus. Sæpenumero cum in athenienſes inueheretur aiebat illos frumenta & leges ĩueniſſe: uerũ frumentis quidem uti: non autem legibus. Studioꝝ libe raliũ amaras radices: fructus autem dulces eẽ aſſerebat. Rogatus qnam cito cõ ſeneſceret: gratia inquit. Quid ſit ſpes: uigilantis ait in ſomniũ. Diogene ſibi cari cam dante cogitans niſi accipet uſum eẽ meditatum ſumens Diogenem uſum ait cum carica uſum perdidiſſe. Rurſus ab eo porrectam accipiens atque pue

rili more in ſublime eleuãs cũ dixiſſet magnus Diogenes eã illi reddidit. Tria dicebat pueris eſſe neceſſaria: ingeniũ: exercitationẽ: diſciplinã. Audierat aliquãdo ſe a quodã maledictis eẽ laceſſitũ: Tũ ille abſentẽ ĩquit etiã uerberet. Dicebat pulchritudinẽ plus q̃ epiſtolas oẽs ualere ad cõmendationẽ. Plerique Diogenem ita ſtatuiſſe aſſerunt: ipſum aũt donũ formæ dixiſſe: Socratẽ uero modici tẽporis tyrãnidem: Platonẽ naturæ priuilegiũ: Theophraſtũ tacitã deceptionẽ: Theocritũ uero eburneũ detrimentũ: Carneadẽ regnũ ſolitariũ. Rogatus quo differrent docti ab idoctis: quo ĩquit uiuẽtes a mortuis. Eruditionẽ dicebat inter proſpera eẽ ornamentũ: inter aduerſa refugiũ. Parẽtes qui liberos erudiendos curaſſẽt lõge honorabiliores eẽ his qui ſolũ genuiſſent: hos eni uiuendi tãtum: illos etiã bene beateq; uiuẽdi auctores eẽ. Gloriãti cuidã ꝙ magnæ eẽt urbis ciuis: noli ĩquit hoc attendere: ſed an dignus ſis magna & illuſtri patria ĩſpice. Rogatus qd ſit amicus: una ĩquit aĩa in duobus corporibus hĩtans. Hominũ pleroſq; dicebat ita eẽ pcos ac ſi ſemp uicturos: alios tã ꝓdigos ac ſi continuo morituros. Percontanti cur honeſta forma præſtãtibus diutius cõgredimur: cæci ĩqt huiuſce interrogatio ẽ. Rogatus qd ex philoſophia lucratus fuiſſet: hoc ĩquit ut iniuſſus ea faciã: quæ pleriq; per legũ metũ operant̃. Interrogatus quo pacto diſcipuli egregie ꝓficerent: Si excellẽtiores ait ꝓſequẽtes tardiores nõ attendant. Loquaci homini cũ illũ ĩprobe probris multis obtudiſſet dicenti: num te ſatis obtudi? Hercules inqt nõ tibi aĩum intẽdi. Cauſanti cur ſtipẽ nõ bono hoĩ dediſſet. Fert̃ enim ſic nõ inqt hoĩ dedi ſed humanitati. Rogatus erga amicos quales eẽ debeamus: quales ĩquit eos erga nos eſſe optamus. Iuſtitiam dicebat uirtutẽ animi cuique ſecundum merita diſtribuentem. Diſciplinam optimũ eẽ dicebat uiaticũ ad ſenectutẽ. Refert fauorinus in ſecundo cõmentarioꝝ illum crebro dicere ſolitũ: o amici amicus nemo: & iſta quidem ad illũ referunt̃. Cõſcripſit aũt & complura uolumina: quæ ut ſumma ingenii illius uis ac præcipua circa oẽ orationis genus exercitatio clarius eluceat: ſubnectenda neceſſario exiſtimaui. De iuſtitia libros quattuor. De poetis tres. De philoſophia tres. Politici duo. De rhethorica gryllus unum. Nerĩthus unum. Sophiſta unum. Menexenus unũ. Amatorius unum. Sympoſium unum. De diuitiis unum. Exhortatiõum unum. de anima unum. De orõne unum. De nobilitate unum. De uoluptate unũ. Alexãder ſiue de colonis unum. De regno unum. De doctrina unum. De bono tres. De Platonis legibus tres. De republica duos. De œconomicis unũ. De amicitia unum. Quid ſit pati ſiue paſſũ eſſe unũ. De diſciplinis unũ. De his quæ in contentionẽ cadũt duos. Solutiones eoꝝ quæ in contentionem ueniunt quattuor. Diuiſiones ſophiſticæ quattuor. De cõtrariis unum. De ſpeciebus & generibus unum. de propriis unum. Cõmẽtarioꝝ epicherematicoꝝ tres. Propoſitiones de uirtute tres. Obiectiones unum. De his quæ tot modis dicunt̃ ſiue ſecundum ꝓpoſitum quinque. De elementis tres. de ſcia unum. de perturbationibus iræ unum. Moralium quattuor. de principio unum. Diuiſiones. xvii. diuiſibilium unum. de interrogatiõe & reſpõſione duo. de motu unum. Propoſitiones unũ. Propoſitiões contẽtioſæ quattuor. Syllogiſmi unum. Prioꝝ analyticoꝝ nouem. Po

ſterioꝝ analyticorũ maioꝝ duo.De quæſtionibus ad diſciplinã ꝑtinẽtibꝫ octo.
de meliore unũ.de idæa unũ.Termini topicoꝝ ſeptẽ.Syllogiſmoꝝ duo.Syllogi
ſticoꝝ & diffinitiones unũ.De elegibili & accidẽti unum.Ante locos unũ.Topi/
coꝝ ad diffinitiones duo.Perturbationũ unum.Diuiſibilium unũ.Mathemati/
cus unũ.Diffinitiones tredecim.Epicherematũ duo.de uoluptate unũ.Propoſi/
tionũ unum.de uoluntario unũ.de pulchro unũ.Quæſtiones epicherematicæ
xxv.Quæſtiones de amicitia duo.Quæſtiones de aĩa unũ.Polyticoꝝ duo.Poli
ticæ auditionis ſicut Theophraſti octo.de iuſtis duo.Artiũ collectio duo. Artis
rhetoricæ duo.Ars unũ.Alia ars duo.Methodicũ unum.Ars Theodecti collecti
onis unum.Artis poeticæ libros duos.Enthymemata rhetorica. de magnitudi
ne unũ.Enthymematũ diuiſiones unũ.De dictiõe duo.de cõſilio unũ.Collectio
nis duo.de natura tres.Phyſicon unũ.de Archytæ philoſophia tres.de Speuſip/
pi Xenocratiſqꝫ philoſophia unũ. Ex Timæi Archyteqꝫ diſciplinis ſumpta unũ.
Aduerſus Meliſſi dicta unũ.Aduerſus Alcmæonis dicta unũ. Ad pythagoricos
unũ.Aduerſus Gorgiã unũ.Aduerſus Xenocratis opa unũ. Aduerſus Zenonis
ſcita unũ.de pythagoricis unũ.de aĩalibus nouẽ.Anatomoꝝ octo:Electio anato
moꝝ unum.De cõpoſitis animalibus unũ.de fabuloſis aĩalibus unum.de nõ gi
gnẽdo unũ.de plantis duo:Phyſiognomicõ unũ.Medicinalia duos.de monade
unũ:Signa tẽpeſtatũ unũ.Aſtronomicõ unũ:Speculatiuus perſpectiuus unum:
de motu unum:de muſica unũ:Memoriale unũ:Homericaꝝ ambiguitatũ ſex.
Poetica unũ:Naturalium ſecũdum elementa trigintaocto:Inſpectoꝝ ꝓbleuma
tum duos.Liberalium diſciplinaꝝ duos. Mechanicus unum: Probleumatũ ex
Democrito ſex:de lapide unum:Parabolæ unum:Inordĩata.xii. Expoſita per ge
nus.xiiii.Iura unum. Olympionicæ unum:Pythionicæ muſices unum: Pythi/
cus unũ:Pythionicoꝝ argumenta unum.Dionyſiæ uictoriæ unum:de tragœdi
is unũ:Doctrine unum:Prouerbia unum:Lex cõmendationis unum:Legũ q̃t/
tuor:Prædicamentorum unũ:de interpretatione unum: Reſp.urbium.clviii.
Seorſumqꝫ ad Philippũ de populari paucorumqꝫ & optimatium & tyrãnorum
dominatu:Epiſtolæ ad Philippum ſelymbrioꝝ:Epiſtolæ ad Alexandrum q̃ttu
or:Ad Antipatrum nouẽ:Ad Mẽtorem unum.Ad ariſtonem unũ:ad Olympia
dẽ unũ:ad Ephæſtionem unum. Ad Themiſtagoram unũ:ad Philoxenũ unũ:
ad Democritũ uerſus quoꝝ initium ẽ:Sancte deũ:Elegiæ quaꝝ ẽ initium:For/
moſæ mr̃is filia:Fiũt uerſus oẽs.ccccxlv.cclxx.Hec libroꝝ illius ſeries:hic nume
rus ẽ:in quibus qd agat ſummatim exponendum ẽ.Duplicem eẽ philoſophiæ
rõnem:alteram uerſari circa actus:appellariqꝫ practicẽ.alterã ĩ intelligentia & ſpe
culatione conſiſtere:& theoriticẽ dici.Ad actionem pertinere ethicen & politi/
cen:q̃ ĩ parte tum de publica:tũ de familiari re agi.Ad intelligentiam phyſicẽ lo
gicẽque referri.Porro logicẽ ĩſtrumentũ eẽ exactiſſimum eius cum geminã de/
ſtinationem ꝓpoſitũque ſubieciſſet:ueriſimile.ſ.ac ueꝝ ad utrãque duaꝝ maxi
me rerum uiribus nitit̃:Nãque ad ueriſſimile ſeu ꝓbabile oratoria & dialectica.
Ad uerum aũt analytica & philoſophia uſus eſt:nihil oĩno omittens eorũ: quæ
uel ad ĩuentionem uel ad iudicium uel etiã ad uſum pertinerent, Enimuero ad

inuentionis adminicula atque ad eas res quæ ſpeculationi & arti īſeruiunt pro
poſitionum multitudinē tradidit:ex quibus quæſtiones ꝓbabiliū epicherema/
tum elicere affatī licet.Porro ad iudicandum analytica priora & poſteriora con/
ſcripſit:prioribus aſſūptionum iudicia ꝑmittens:poſterioribus collectionis exa
men tradens.Cæterum ad iudicandum ea quæ ſub certamē cadunt:quæque in
interrogatione uerſant̄:& cōtentione ſophiſticoꝝ argumentoꝝ:atque ſyllogiſ/
mis atque his ſimilibus.Veritatis uero iudicium eaꝝ quidē quæ ſecūdū phan/
taſiam ſunt actionum ſenſum diffiniuit.Moralium uero ubi de re publica ac do
meſtica ubi de legibus agitur mētem.Finem aūt unum expoſuit uirtutis uſum
in uita ꝑfecta.Fœlicitatē ait plenitudinem ex tribus maxime bonis conſtantem:
eis.ſ.quæ in animo ſunt:quæ & priora uiribus appellat: eis quæ ad corpus atti/
nent:ut ſunt bona ualitudo:fortitudo:pulchritudo:cæteraque his ſimilia ſecū/
do ī loco habitis:atque his quæ extrinſecus ueniunt diuitiis.ſ.nobilitate & clari
tudine atque in hunc modū cæteris quibus tertiū locum aſſignauit.Virtutē ad
beatam uitā ſibi minime ſufficere dixit:qppe corporalibus bonis exterioribuſ/
que īdigere:miſerū atque infœlicē fore ſapientē ſiue doloribus afficiatur:ſiue ī/
opia:& cæteris huiuſmodi incōmodis prematur.Vitiū aūt ad miſeriam atque ī
fœlicē uitā ſufficere quantūlibet corporis affluat bonis.Virtutes ait non ſe inui/
cem ſequi:fieri enī poſſe ut prudens quiſpiam ac iuſtus idēque intēperans atque
incontinens ſit.Sapientem quidē nō perturbationibus penitus uacare ueꝝ per
turbari modice dixit:Amicitiā æquitatem eſſe diffiniuit reciprocæ beniuolen/
tiæ.eius tres ſpecies eſſe tradidit.Eſſe quippe aliā cognatiōis:amatoriā aliam:ter
tiamque hoſpitalē.Amorē nō modo congreſſionis uerum & philoſophiæ eſſe:
amaturum quoque ſapientē:atque acceſſurum ad rempu.ducturumque uxo/
rem & cum rege una uictuꝝ:tribuſque generibus uitæ conſtitutis:primo quod
in ſpeculatione:ſequenti quod in actu:& tertio quod in uoluptate conſiſtit.Spe
culatiuum genus ſemper prætulit.Liberales diſciplinas ad apprehenſionem uir
tutis multū conferre ſenſit.In deſcriptione reꝝ naturalium præter cæteros ra/
tionē maxime ſecutus ē:adeo ut minimaꝝ quarūque reꝝ reddiderit cāſ:unde
& naturaliū cōmentarioꝝ cōplura ſcripſit uolumina.Deū ſicut & Plato īcorpo/
ralem diffiniuit:eiuſque ꝓuidentiam ad cæleſtia uſque ꝑtīgere:ipſum uero im/
mobilē eē.Porro terrēa oīa ad cæleſtiū cōgruētiā ordinēque diſpōit.Preter ele/
mēta iſta q̄ttuor:eē & qntū aliud:ex quo cæleſtia ꝯſiſtāt:eiuſque motū qppe or/
bicularē eē uariū.Aīam itē īcorpeā:primāque eē ētelechiā:Corpis nēpe naturalis
& orgāici potētia uitā hn̄tis.Eſt āt ea iuxta illū duplex.Entelechiā uero appellat
cuius ſit ſpēs quædā īcorporea.Altera ex his qde ſcd̄m potētiā:ut ē Mercurius ī
cæra īformis qdē ſed idōeus ad ꝑcipiēda lineamēta:ſicut itē ī aere ſtatua.Scd̄m
uero hītum entelechia dicit̄ conſūmatæ ac ꝑfectæ Mercurii ſtatuæ.Natura lis
aūt corpis dixit:nā ſunt corpora alia qdē manu & arte elaborata:ut ſunt quæ ab
artificibus fiūt:puta turris atque nauis.Alia uero ſic a natura ꝓdeūt ut arbores:
& aīaliū corpa.Porro orgāici dixit:hoc ē ad aliqd pati & cōditi:ut ē ad uidendū
oculus:auriſque ad audiendū.Virtute autem uitam habentis utputa in ſe ipſo.

Virtute autem uel potentia minus eſt q̃ ſecundum actionem.Secundum actio/
nem aũt ut uigilás hr̃e aĩam dicit̃.Secũdũ habitum aũt ut dormiẽs.Vt igit̃ & hic
itelligat̃ adiecit potẽtia plurima & alia de plurimis in hũc modũ philoſophatus
eſt:quæ plõgũ eſſet numerare.Cũctis enim ĩ rebus ſummo ſtudio atq; ĩduſtria
fuit:iuẽtõiſq; icredibili copia uiguit:ut ex his quæ ſupra annotauimus ipſius uo/
luminibus cõſtat:quæ ad q̃drĩgẽtoꝝ numeꝝ fere ꝑueniũt:de qbus.ſ.nihil ambi
git̃.Ná ſunt & alia cõplura quæ ipſius ĩſcribunt̃ uolumina atq; ſentẽriæ.Veꝝ.n.
octo fuere Ariſtoteles.Primus hic ipſe.Secũdus qui athenis rẽpu.adminiſtrauit
cuius etiã iudiciales legunt̃ plenæ grã & elegãtia orõnes.Tertius qui in iliadẽ Ho
meri ſcripſit.Quartus ſiculus orator qui ad panegyricũ Iſocracis reſcripſit.Quĩ/
tus q cognominatus eſt Mythus Aeſchinis ſocratici neceſſarius.Sextus cyrenai/
cus q de poetica ſcripſit.Septimus pedotriba cuius meminit Ariſtoxenus in Pla
tonis uita:Octauus grámaticus obſcurus & ignobilis:cuius de pleonaſmo ars le/
gitur.Huius autem ſtagiritæ philoſophi complures quidem fuere diſcipuli.Sed
omnibus maxime excelluit Theophaſtus:de quo modo dicendum eſt.

## Theophraſtus ereſius.

THeophraſtus meláti ereſius ut Athenodorus in octauo deambula
tionũ ait Fulionis filius:primo qdẽ in pr̃ia leucippi ciuis ſui auditor
fuit.Inde cũ Platonẽ audiſſet:ſe ad Atiſtotelẽ cõtulit.Eo itẽ in chal/
cidẽ ꝑfecto illi in ſcholæ regimine ſucceſſit:Olympiade.cxiiii.Fert̃
ipſius quoq; ſeruus Põpylus noĩe philoſophus fuiſſe:ut refert Maronianus ma
ſtrianus in primo ſimiliũ hiſtoricoꝝ capituloꝝ.Fuit aũt Theophraſtus uir ſum
mæ prudẽtiæ ſtudiiq; ſingularis:atq; ut ſcribit Páphila in.xxxii.cõmentarioꝝ li/
bro:Menádrũ ipſe comicũ ĩſtituit.Erat itẽ beneficus ĩprimis & maxime affabilis:
eũ Caſſander ſuſcepit: Ptolomeuſq; ad illum miſit.Adeo aũt atheniẽſibus acce/
ptus fuit:ut cũ illũ Agnonides ĩpietatis accuſare auſus eſſet:paꝝ abfuerit:qn ipſe
ob eá rẽ crimẽ ipm̃ in ſe retorqueret.Pergebát ad illũ audiendũ diſcipuli ad duo
milia.Hic in epiſtola ad Phaniá ꝑipateticũ ĩter cætera de iudicio quoq; iſta locu
tus eſt.Nedũ.n.frequẽtiã celebrẽ:ueꝝ ne cõſeſſum qdẽ facilem cuiuſmodi qſpiã
accipere uult.Porro recitatões emendatõis auctores ſunt.Differre aũt cuncta at/
que negligere nõ iam ferũt ætates.In ea epiſtola ſcholaſticũ noĩat.Cũ tamen eſſet
huiuſmodi ſeceſſit ad modicũ & ipſe & philoſophatiões reliqt.Quippe Sopho/
cles Amphiclidæ filius legem tulerat uti ne qs philoſophoꝝ præeſſet ſcholæ ni/
ſi id ſenatus ac plebs decreuiſſet.Qui ſecus faceret capitale eſſet.Veꝝ ſequenti an
no denuo reuerſi ſunt:cũ a Phillone Sophocli dies dictus eſſet.Quo tp̃e atheniẽ/
ſes ea lege abrogata Sophoclem talentis qnque mulctarũt:decreuerũtque philo/
ſophis reditũ:ut & Theophraſtus remaneret:ſcholáque ut antea regeret.Eũ cũ
antea Tyrtamo illi nomen eſſet:ob diuiná elocutionem Ariſtoteles Theophra/
ſtũ appellauit.Cuius & filium Nicomachum magiſter licet amauit:ut Ariſtip/
pus in q̃rto de antiquis deliciis meminit.Fertur Ariſtoteles de Theophraſto &
Caliſthene idem quod de ſe & Xenocrate Plato ut prædiximus dixerat dixiſſe:
q; hic ſcilicet ꝑ excellenti acumine ĩgenii cuncta facillime aſſequeretur & expone

ret.Ille contra tardus & obtuſus eſſet ingenio:hunc freno illum egere calcaribus Dicit̃ & priuatim ortũ poſt Ariſtotelis diſceſſum poſſediſſe:Demetrio Phalerio familiari ſuo in hoc ſibi cooperãte.Nobiles ſunt & huius ſunt illæ ſentẽtiæ:Citius credendũ dicebat iſerni equo q̃ uerbo icõpoſito. Ad iliũ qui in cõuiuio penitus tacebat:ſi qdẽ inqt iperitus es prudẽter facis:ſin uero peritus ſtolide.Habebat & illud ſemp̃ i ore Sũptus præcioſiſſimus tp̃s eſt.Obiit ſenex ætatis anno.lxxxv. cum modice a labore quieuiſſet:in quem etiam eſt noſtrum epigramma.

Non arcum frangi ſapientis poſſe remiſſum
 Vana hæc nullius uerba fuere uiri.
Dum fuit intento Theophraſtus corpore uixit.
 Corpora ſed poſtq̃ feſſa remiſit obit.

Aiũt illũ cum rogaret̃ a diſcipulis num quippiã illis mãdare uellet dixiſſe: nihil quidẽ quod iperaret ſe habere niſi q; multa dulcia gloriæ obtẽtu uita mentitur. Nos uero cũ uiuere icipimus tũc morimur:nihil enim eſt ianius amore gloriæ: ſed eſte fœlices uerbũq; iſtud aut omittite:grãdis enim labor eſt:aut illi itendite: magna.n.ide gloria ꝓuenit.Porro uitæ uanitas amplior q̃ utilitas eſt.Veꝝ mihi quidẽ nõ iam qd agendũ ſit:cõſulere ſuppetit:uos aũt qd faciendũ erit deliberabitis.Iſta dicentẽ exhalaſſe aĩam tradũt.Eũ uero ut fama eſt:atheniẽſes pedibus oẽs ꝓſecuti publice honorauerũt.Refert Fauorinus illũ iam uetulũ lectica circũferri ſolitũ idq; dicere hermippũ:eũq; id ex Arceſilai pitanei hiſtoria ſũpſiſſe iter ea uerba quæ ad Lacydẽ cyrenẽſem habuit. Reliqt aũt & ipſe ingenii ſui cõplura monumẽta:& ipa aũt digniſſima ſũ arbitratus quæ adnotarẽ.Sũt aũt iſta: prioꝝ analyticoꝝ tres:poſterioꝝ analyticoꝝ ſeptẽ.de ſolutione ſyllogiſmoꝝ unũ.Analyticoꝝ epitome unũ.Deductoꝝ locoꝝ duo.Speculationis eoꝝ quæ circa contentioſam orationẽ uerſant̃.de ſenſibus unũ.Ad anaxagorã unum.de anaxagora unũ.de anaximene unũ.de archelao unũ.de ſalenitro aluminis unũ.de his quæ durant̃ in lapides duo.de idiuiſibilibus lineis unum.Auditionis duo.de uentis unũ.Virtutũ differẽtiæ unũ.de regno unũ.de regis inſtituto unũ.de uitis tres.de ſenectute unũ.de democriti aſtrologia unũ.de his quæ in ſublimi fiunt unũ.de imaginibus unũ.de ſuccis cute & carnibus unũ.de diacoſmo unum.de hominibus unũ.Dictoꝝ diogenis collectio unũ. Diffinitionũ tres.Amatorius unũ.Alius de amore unũ.de fœlicitate unũ.de ſpeciebus duo.de caducis unũ.de afflatõe dei unum.de empedocle unũ.de epicherematibus.xviii.Controuerſiaꝝ tres.de uolũtario unũ.Abbreuiatio reipu.Platonis duo.de diuerſitate animalium uocis eiuſdẽ generis unũ.de his quæ ſubito apparẽt unũ.de his quæ morſui & uulneri patent unũ.de animalibus quæq; iuidere dicũtur unũ.de his quæ in ſicco morantur unũ.de his quæ colores imutãt unũ.de his quæ latibula & foſſas faciunt unũ.de animalibus ſeptẽ.de uoluptate ſicut Ariſtoteles unũ.Alius de uoluptate unũ.Quæſtiones.xxiiii.de calido & frigido unũ.de uertigine & obtenebratione unũ.de ſudore unũ.de affirmatione & negatione unum.Caliſthene ſiue de luctu unũ.de laboribus unũ.de motu tres.de lapidibus unũ.de peſtilẽtiis unũ.de examinatione unũ.Megaricus unũ.de atra bile unũ.de metallis duo.de melle unũ.

de metrodori collectis de æreis duo.de ebrietate unum. Legum ſecundum ele/
menta.xxiiii.Legum epitome.x.Ad diffinitiones unum.de odoribus unum.de
uino & oleo primarum propoſitionum.xviii.Legiferoꝝ tres.Politicon ſex.Poli/
ticon ad tempora quattuor.Ciuilium conſuetudinũ quattuor:de optima repu.
unum.Problematum collectionis quinq;.de prouerbiis unum.de concretioni/
bus & liquefactionibus unum.de igne duo.de ſpiritibus unum.de paralyſi unũ.
de ſuffocatione unum.de amentia unum.de paſſionibus unum.de notis unum.
Sophiſmatum duo.de ſyllogiſmorum ſolutione unum.Topicoꝝ duo.de cruci/
atu duo.de pilis unum.de tyrannide unum.de aqua tres.de ſomno & inſomniis
unum.de amicitia tres.de liberalitate duo.de natura tres.de naturalibus.xviii.de
naturalium abbreuiatione duo.Naturalium octo.Aduerſus phyſicos unum.de
naturalibus hiſtoriis decem.Naturalium cauſarum octo.de humoribus quīq;.
de mendacio uoluptatis unum.de anima quæſtio una.de ĩdubitata fide unum.
De ſimplicibus dubitationibus unum.Harmonicon unum.de uirtute unum.
Occaſiones ſiue contradictiones unum.de negatione unum.de ſentẽtia unum.
de gelio unum.Alias de ridiculo unũ.Meridianoꝝ duo.Diuiſiones duæ.de diffe
rentiis unum.de iniuriis unum. de laude unum.de peritia unũ. Epiſtolaꝝ tres.
de fortuitis animalibus unum.de ſelectione unum.Laudes deoꝝ unum.de ſo/
lemnitatibns unum.de fœlicitate unum.De enthymematibus unum.de inuen
tis duo.Scholarum moralium unum.Morales figuræ unum.de tumultu unũ.
de hiſtoria unum.de iudicio ſyllogiſmorum unum.de mari unum.de aſſenta/
tione unum.Ad Caſſandrum de regno unum.de comœdia unum.de meteoris
unum.de dictione unum.Verborum collectio unum.Solutiones unum.de mu
ſica tres.Naturalium opinionum.xvii.Naturaliũ epitome unum.de gratia unũ.
Morales figuræ unum.de falſo & uero unum.Hiſtoria eorum quæ de deo dicũ
tur ſex.de diis tres.de menſuris unum.Megacles unum.de legibus unum.de ini
quis legibus unum. Xenocraticorum collectæ unum.Confabulationis unum.
de iuramento unum.Oratoria præcepta unũ.de diuitiis unum.de poetica unũ.
Problemata ciuilia naturalia amatoria moralia unum.Prouerbioꝝ unum.Pro/
blematum collectio unum.de problematibus natutalibus unum.de exemplari
unum.de propoſitione & narratione unum.de poetica alias unum.de ſapienti/
bus unum.de cõſilio unum.de ſoloeciſmis unũ. de arte oratoria unũ.de artibus
oratoriis ſpecies ſeptem.de ſimulationibus unum. Commentariorum ariſtote/
licorum ſiue theophraſticorum ſeptem.Hiſtoricorum geometricorum quattu
or.Epitome Ariſtotelis.de animalibus ſex.de diis epicherematũ duo.Quæſtio/
nes tres.de regno duo.de cauſis unum. de democrito unum. de calumnia unũ.
de generatione unum .de animalium prudẽtia & more unum.de motu duo. de
uiſu quattuor.Ad terminos duo.de eo quod eſt dari unum.de maiore & mino/
re unum.de muſicis unum.de diuina fœlicitate unum.Ad eos qui erant ex aca/
demia unum.Exhortatorius unum.Quo pacto ciuitates optime inhabitentur
unum.Commentaria unum.de riuo qui erat in ſicilia unum.de conceſſis unũ.
Qui ſint modi ſciendi unum.de falſo tres.Anteropica unũ.Ad Eſchylum unũ.

Aſtrologicæ hiſtoriæ ſex. Arithmeticarum hiſtoriarum de augmento unũ. Aci
charus unum. de iudicialibus orationibus unum. Epiſtolæ ad Aſticreõtem Pha
niam & Nicanorem. de pietate unum. Euiadis unum. de temporibus; duo. de ſu/
is orationibus unũ. de liberis educandis unũ. Alius differens de eadẽ re unum. de
diſciplina ſiue de uirtutibus ſiue frugalitate unũ. Exhortatorius unũ: de nume/
ris unũ. Diffinitiones de dictione ſyllogiſmoꝝ unũ. de cælo unũ. Politici duo. de
natura unũ. de fructibus & de animalibus: quæ fiunt uerſus. ccxxxii. dccccl. Tan/
ta ab hoc uolumina elaborata ſunt. Legi autẽ & ipſius teſtamentũ in hæc uerba.
Bene quidẽ ac rite ualebimus: cæteꝝ & ſi quid ſecus contigerit iſta diſpono. Do/
meſticã omnẽ ſuppellectilẽ Melanti & Pancreonti Leontis filiis trado. Porro ex
his quæ ab Hipparcho ſuppeditata ſunt: iſta mihi fieri uolo: quæ circa ſcholã ſũt
atq; ſpectacula perfici: uel ſi quid circa ea in melius poſſit ornari. Dehinc Ariſtote
lis imaginẽ eo in tẽplo collocari: ac donaria reliqua quæq; antea in tẽplo erãt. Dei
de porticũ quæ ſecundũ ſcholã erat exædificari priore nõ deteriorẽ: tabulaſq; in
quibus orbis ſitus eſt in ĩferiore porticu reponi: arã quoq; cõſtrui ita ut neq; pfe
ctio neq; honeſtas deſideret. Volo aũt & nicomachi imaginẽ æqualẽ pfici. Opus
quidẽ Praxiteli iniũctũ eſt. Reliqua uero ĩpendia ab eo fieri. Statui aũt illã iubeo
ubicũq; illis uiſum fuerit quibus cura erit reꝝ cæteraꝝ: quiq; teſtamento inſcri/
pti ſunt. Ac de tẽplo quidẽ ac donariis in hunc modũ ſtatuo: Fundũ uero quẽ ſta
giris habemus Callio lego: libroſq; omnis Neleo. Hortũ autẽ & deambulationẽ
ædeſq; oẽs horto adiacẽtes amicis lego: q̃ uoluerit ĩ eo una uacare litteris: atq;
ſimul philoſophari: quãdoquidẽ poſſibile nõ eſt hoibus oĩbus ſemꝑ adeſſe: ea ta
mẽ lege ut neq; illũ alienẽt: neq; ut ꝓpriũ quiſq̃ poſſideat: ſed ueluti ſacrũ qddã
coĩter ab oĩbus poſſideat: quiq; ſe ĩuicẽ amice ac familiariter utant ſicuti cõgruũ
ac iuſtum eſt. Sint autẽ qui illo coĩter utent Hipparchus Neleus Crato Callinus
Demotimus Demaratus Calliſthenes Melantes Pancreon & Nicippus: licere aũt
ſi philoſophari uelit & Ariſtoteli Midiæ Pythiadiſq; filio horũq; eſſe pticipem.
Ipſiuſq; curã diligentiſſime habere maiores natu: ut q̃ maxime ad philoſophiã ĩ
ſtituatur: noſq; ſepelire ĩ horti parte quæ eis maxime uidebitur: nihil ſuperfluũ
circa funus tumulũue faciendo. Vt autem dictum eſt poſt ea quæ circa nos cõ/
tigerint: cum fanũ & monumẽtum & hortum & ambulatorium reparata & re
fecta erunt: una & Pompilũ hunc qui illũ habitat ea curare uolo: aliarumq; reꝝ
quã prius curã habere illiuſq; cõmodis proſpicere qui iſta habent. Pompilo aũt
threptæ dudũ liberis qui magno nobis uſui fuerũt: ſi quid antea a nobis præſti/
tũ eſt: & quæque illi acquiſierunt: & quæ nunc illis ab Hipparcho dari conſtitui
dragmas duo milia tuto ac firmiter hæc illis poſſidenda cenſeo: ſicut & ipſis Me/
lantæ & Pancreonti ſæpius dixi: cũctaq; mihi annuerũt. Do aũt illis & ſomatalẽ
& ancillã: ex pueris aũt Molonem quidẽ & Cimonem & Parmeontem iam nũc
liberos dimitto. Manem uero & Calliam cum annos quattuor in horto perſe/
uerauerint cooperãtes: & ſine peccato ĩuẽti fuerĩt: liberos dimitti iubeo. Dome
ſticæ uero ſuppellectilis cum põpilo q̃tum uiſum fuerit auctoribus ſufficere da/
tum fuerit: quod reliquũ erit uenire Demotimo cariona do: donacemq; neleo.

Eubou̅ uenu̅dari placet.Dabit au̅t Hipperchus Callino dragmas tria milia.Me/
lanti uero & Pancreonti niſi Hipparchu̅ intueremur & antea nobis fuiſſe peruti
le:& nunc in ſuis rebus magnu̅ pertuliſſe naufragiu̅:mandaremus ꝓfecto ea cu̅
Melanto & Pa̅creonte pagere.Quoniam uero no̅ illi facile fore aīaduerti cu̅ illis
una exeq:co̅modiuſq; illis ee̅:arbitratus ſu̅ ſi qd ab Hippcho co̅ſtitutu̅ acceperit.
Dabit au̅t Hipperchus Melanto & Pancreonti utriq; talentu̅:daturus & curato
ribus ad ea quæ in teſtamento ſcripta ſunt perficienda ſumptus neceſſarios ſuis
quoſq; temporibus.Quæ cu̅ impleuerit oīa abſolutus erit ac liber a debito oī &
oībusquæ contraxerat mecu̅ inſtrumentis.ꝙ ſi quid meo nomine Hipperch o
in chalcide ꝓuenit emolumenti:hoc totum eius erit.Curatores au̅t eaꝝ rerum
qnæ teſtamento inſcriptæ ſunt :hi erunt . Hipparchus Neleus Strato Callinus
Demotimus Caliſthenes Cteſarchus. Porro teſtamenti exe̅plaria Theophraſti
annulo ſignata apud Begeſiam condita ſunt.Hipparchi teſtes Calippus Pellane
us Philomelus Euonymeus Lyſander Hybæus Philon Alopecenſis.Teſtamen
tum alteꝝ accepit Olympiodorus.Teſtes idem fuere.Alterum accepit Adiman
tus.Tulit autem Androſthenes filius.Teſtes Aimneſtus Cleobuli filius Lyſiſtra
tus Phidonis Thaſius Strato Arceſilai lampſacenus.Theſippus theſippi a ſigulis.
Dioſcorides Dioniſii epitephiſius.Hæc ſeries teſtamentoꝝ illius fuit. Su̅t qui di
cant Eraſiſtratu̅ medicu̅ huius fuiſſe auditorem:& fortaſſe uerum eſt.Succeſſit
au̅t illius ſcholæ Straton.

## Strato lampſacenus.

STrato Arceſilai filius la̅pſacenus cuius in teſtamento mentionem fa
cit Theophraſtus:uir eloquentiſſimus fuit.Phyſicus au̅t idcirco ap/
pelatus e̅ ꝙ in ea ſpeculatione præ cæteris diligentiſſime uerſatus ſit.
Fuit au̅t & præceptor ptolomæi philadelphi:a quo talentis.lxxx.do
tum aiunt.Enimuero ſcholam regere īcepit ut Apollodorus ī chro/
nicis refert Olympiade.cxxiii.eaq; annos duos de uigiti tenuit. Feruntur eius de
regno libri tre s:de iuſtitia tres:de bono tres:de diis tres:de magiſtratibus tres ſi
ue duos :de uitis unum:de fœlicitate unum: de regia philoſophia:de fortitudīe:
de inani:de cælo:de ſpiritu:de natura humana:de generatione animalium:de co̅
cubitu:de ſomno:de inſomniis:de uiſu:de ſenſu:de uoluptate: de coloribus: de
morbis:de iudiciis:de uiribꝫ:de metallicis machinis:de fame:de obtemperatio
nibus:de leui & graui:de afflatione:de te̅pore:de cibo & īcreme̅to:de aīalibus d̄
quibus dubitat̄:de fabuloſis aīalibus:de cauſis:ambiguoꝝ ſolutio:locoꝝ prin/
cipia:de accide̅ti:de termino uel diffinitiōe:Quid ſit magis & minus:de iniuſto:
de priore & poſteriore:Inuentorum elenchi duo: de co̅mentariis ambigit̄: epi/
ſtolæ quaꝝ e̅ initium Strato Arſinoe ſalute̅.ccccl.Hunc aiunt adeo fuiſſe tenue̅:
ut ſine ſenſu moreret̄:in que̅ hoc ſcripſimus epigramma.

Corpus erat tenuis ſi non oracla fuiſſent:
Stratonem dico:genuit quem lampſacus olim:
Semper & in morbos cu̅ decertaret inertes
Mortuus eſt latitans:mortem nec ſenſit acerbam.

Fuerunt aũt Stratões octo. Primus Iſocratis auditor. Secundus hic ipſe. Tertius medicus Eraſiſtrati diſcipulus: ſiue ut quidã aiũt alumnus. Quartus hiſtoricus Philippi & Perſei q aduerſus romanos pugnauerũt geſto℞ ſcriptor. Sextus poe ta epigrãmatum. Septimus antiquus medicus: ut ait Ariſtoteles. Octauus pipa teticus qui uixit alexandriæ. Porro phyſici iſtius ferunt teſtamenta in hũc mo dum. Iſta ſi quid patiar diſpono. Ea quidẽ quæ domui ſunt Lãpyrioni & Arce ſilao reliquo oĩa. Porro ex pecunia quã athenis hẽo: primũ quidẽ curatores iu ſta & quæ poſt funus fieri ſolenne ẽ diligẽter curabũt: nihil neq́ ſupflue neq́ in liberaliter agẽtes. Erunt aũt teſtamenti curatores Olympicus. Ariſtides. Mneſi genes. Hippocrates. Epicrates. Gorgylus. Diocles. Lycõ Athanes. Scholã qdẽ Ly coni reliquo. Nanq́ alii ſunt uel ſeniores uel occupati. Recte aũt faciẽt reliqui: ſi hoc ipſum ſuo iudicio firmauerint. Libros illi oĩs præterq̃ quos ipſi ſcripſimus reliquo: uaſa etiã oĩa cõuiuii ſtramentaq́ & calices. Dent aũt Epicrati curatores dragmas quĩgentas & unũ ex pueris quẽcũq́ Arceſilaus iudicabit. Primũ qdem Lãpyrion & Arceſilaus pacta tollant: que ꝑ Hiræo Daippus ſtatuit: nihilq́ de beat neq́ Lãpyrioni neq́ Lãpyrionis hæredibus: Sed liber ſit ab oĩ chirographo. Dentq́ ſibi curatores dragmas quĩgentas: & ex pueris unũ quẽcũq́ probarit Ar ceſilaus: ut is q nobiſcũ multũ laborauit: magnoq́ nobis uſui fuit: hẽat unde ui uere honeſte poſſit. Diophantũ præterea dimitto libe℞ & Dioclẽ & Abum. Si miam aũt Arceſilao reddo: Sed & Dromonẽ libe℞ reliquo. Vbi uero Arceſila us aduenerit cõputet Hiræus cũ Olympico & Epicrate cæteriſq́ curatoribus fu neris aliorũq́ ſolẽniũ ſumptus. Quod aũt pecuniæ reliquũ erit: accipiat Arceſi laus ab Olympico nihil ei moleſtus exiſtens per tẽpora & ãnos. Tollat aũt & pa cta Arceſilaus quæ cõpoſuit Strato cũ Olympico: & Aminia cõdita penes Philo cratẽ Tiſameni filiũ. Monumentũ uero faciãt: ut uidebit̃ Arceſilao & Olympi co & Lyconi. Atq́ hic quidem ut fert̃ teſtamenti illius textus fuit: ſicut ipſũ col legit Ariſtolpſius neceſſarius. Cæte℞ Strato ipſe ſicut & ſupra declaratum ẽ: uir inſignis & maxime amplectendus fuit ĩ oĩ orõnis genere uerſatus: ſed phyſicæ maxime ſtudiis excellens: quod genus & antiquius ẽ & multorum præclara in genia exercuit. Succeſſit huic Lycon.

Lycon troadenſis.

LYcon Aſtyanactis filius troadenſis uir eloquens educandis inſtitu endiſq́ pueris maxime idoneus fuit. Aiebat enĩ adiũgi neceſſario pu eris pudorẽ & laudis ſtudium uelut equis calcar atq́ frenũ. Porro ipſius elocuti o & ĩterpretationis copia hinc apparet. Ait enĩ in uirgi nem pauperẽ hoc mõ. Graue onus eſt patri puella præ dotis ĩopia excurrens in flore ætatis. Vnde & Antigonũ de illo hoc dixiſſe ferunt: poſſibile nõ eẽ ſuaueo lentiam mali atque grãm aliorſum trãſferri: ſed in ipſo hoĩe ueluti ĩ arbore ſin gula quæ dicerent̃ oportere inſpici. Cæte℞ quia in dicendo erat ſuauiſſimus: ic circo quidã ẽt ipſius noĩ gãma lrãm adiciebant: ut eẽt Glycõ: quod dulcedinem ſonat. Porro ĩ deſcrĩbẽdo diſſimilis erat ſibi. In hos uero qui quoniã dum tẽpus eſſet nõ didicerãt pœnitẽtia macerabant̃ idque reuocare cupiebant: in hũc mo

dũ iocabaꝶ.Dicebat itaq; quærentes:pœnitẽtiãq; uanam oſtendẽtes uoto ĩpoſſi bili ſe ipſos arguere.Qui aũt uellent:merito aiebat excidiſſe rõne:ueluti diſtorcta regula naturam recti examinantes:ſeu faciẽ perturbata aqua uel ſpeculo peruerſo:& ad forenſem quidẽ coronã cõplures ꝑficiſci:ue℞ ad olympiacã aut paucos aut neminẽ.Sæpe atheniẽſibus conſulens magno illis emolumẽto fuit.Erat uero mũdiſſimus habitu:adeo ut ueſtiũ incredibili mollicie ac nitore utereꝶ:ut Hermippus refert:ſed exercitatiſſimus ac robuſto corpore effectus ẽ:oẽmq; athleta℞ habitum præſeferebat cũ auctore Antigono caryſtio antea fractiori & graciliori eſſet corpore. Quocirca & ĩ patria luctatus ferꝶ more patrio:atq; pilæ ludo exercuiſſe.Erat autem Attalo & Eumeni ĩ primis carus atq; ĩter paucos amiciſſimus:q & illũ ſæpenumero regia magnificentia donabant.Tẽtauit & Antiochus illum habere apud ſe:ſed ſpe ſua deſtitutus eſt.Adeo aũt inimicus erat Hieronymo peripatetico:ut ſolus anniuerſario die ad illum nõ ꝑficiſcereꝶ:de quo ĩ Arceſilai uita diximus.Porro ſcholæ principatũ tenuit annos. xliiii. Cũ illũ ſibi ſucceſſorẽ in teſtamẽto Strato reliqſſet:olympiade.cxxvii.Pãthoedi quoq; dialectici auditor fuit. Obiit aũt annos natus.lxxiiii.feſſus podagræ morbo: in quẽ noſtrum eſt epigramma.

Prætereunda mihi non ſunt & fata Lyconis:
  Fecerat infirmum quem ualitudo pedes.
Nanq; pede alterius ſemper cum nixus adiret:
  Tam longam miror nocte uolaſſe uiam.

Fuerunt & alii Lycones.Primus pythagoricus.Secũdus hic ipſe.Tertius uerſificator.Quartus epigrãmatum poeta.huius quoq; philoſophi teſtamẽtũ huiuſce rep imus.Iſta eqdẽ diſpono de rebus meis.Siquidẽ hunc morbũ ferre nequiuero: ea qdẽ quæ domi ſunt oĩa Aſtyanacti & Lyconi fratribus do : atq; ex his opportune reddendũ cenſeo:quæq; athenis poſſedi a quouis ſumpta ſiue exacta & quæq; in funere cæteriſq; ſolẽnibus ĩpenſa fuerint.Quæ uero in urbe & ægia habeo:Lyconi præcipue do:ꝙ is nomẽ ferat noſt℞:mecũq; diutiſſime atq; gratiſſime ſit cõmoratus:ſicut dignum erat:quippe qui filii tenebat locũ.Porro peripatũ amicis ac neceſſariis linquo Bulloni Callino Ariſtoni Amphiõi Lycõi Pithoni Ariſtomacho Heraclio Lycomedi Lyconi fratrueli. Præficiant aũt ipſi quẽcũq; ꝑmanſu℞ ĩ ſchola maximeq; utilẽ futu℞ exiſtimauerint:eis uero cõſentiãt & reliq familiares:& mei & loci gratia.Cæte℞ funus & aduſtio curæ erit Buloni & Callino & amicis cæteris:uti ne illiberalis neu ſuperflua ſit.Eas uero quæ mihi erãt ĩ ægina ꝑtes poſt diſceſſum meũ diuidat Lycon adoleſentibus in uſũ olei ut ex eo & mei & eius q me honorauerit:cõgrua memoria ſit:ſtatuãq; noſtrã locet eo loco ubi cõuenienter ſtare eã ꝓſpexerit.Coopereꝶ una aũt & Diophantus & Heraclides Demetrii filius.Ex his aũt quæ in urbe ſunt:reddat Lycon oĩbus quã prædixi præſens poſt ipſius diſceſſum:ſequanꝶ aũt Bulõ & Callinus:& quæcũq; ĩ funere ac ſolẽnibus cæteris ĩpenſa fuerint:Tollatque ea ex his rebus domeſticis quæ ambobus cõiter a me relicta ſunt.Honoret itẽ & medicos Paſithemĩ & Midiã dignos ꝑfecto magno & honore & præcio ob ſummã ĩ me diligentiã &

artē.Lego & Callino filio patheras duas: uxoriqueillius gēmas bullas tapetaſq;
alteꝝ uilloſum:alteꝝ puꝝ:& pſtroma & duo puluinaria quæ ſūt ex omnibus
que reliq̄ ſunt optima:& quantū ad honoris rationem:ne iſtoꝝ quidē obliti ui
deamur.De his aūt q̄ mihi ſeruierūt:ſic ſtatuo.Demetrio quidē iā diu libero re/
dēptionis præciū remitto:& quinque minas do:& palliū & tunicā:ut q̄ mecum
diu & multū laborauit:honeſte uitā degere poſſit.Critoni aūt chalcedonenſi ſi/
militer redēptionis præcia relaxo:& minas quattuor itē dari iubeo.Micrūque li
beꝝ dimitto:eum Lyco nutriat:& annos ſex ab hoc tpe deinceps erudiat.Cha/
retē ſimiliter dimitto libeꝝ:nutriatque illū Lycon: duaſque illi minas do:& li/
bros meos relictos:eos uero q̄ necdū editi ſunt Callino ut illos edat diligēter do.
Sed & ſyro libero minas q̄tuor lego:& menodorā do:& ſi quid mihi debet re/
laxo.Hilaræ itē quinque minas & tapetē uilloſum & duos puluinos & periſtro
ma & lectū quēcūque uoluerit.Liberā itē dimitto Micri matrē & Noemonem
& Dionē & Theonē & Euphranorē & Hermiā & Agathonē ubi biennii tēpus
īpleuerit dimitti libeꝝ iubeo:& lecticarios:Ophelionē quoque & poſſidonium
cū annos quattuor pegerīt:itidem liberari uolo. Demetrio præterea & Tritoni
& Syro ſingulis lectū & ſtragulā ueſtē ex reſiduis relinquo ut Lyconi cōuenire ui
debit̃.Iſta illis erunt ex me qui pfecto oſtenderūt q̄ ſollicite ſibi cōmiſſa pegerit.
De ſepultura uero uidebit Lycon ſiue me hic ſiue domi ſepelire maluerit.Certo
enī mihi pſuaſū eſt illū quid cōueniat honeſtūque ſit:nil ſegnius cernere q̄ nos.
Cū uero diſpoſuerit & īpleuerit hæc oīa:rata ſit illi eoꝝ quæ hic ſunt oīum lar/
gitio.Teſtes Callinus Hermioneus Ariſtō Chius Euphronius Paeaniēſis.Adeo
aūt ſapienter ille geſſit oīa quæque ptinent ad eruditionē & ſtudia humanitatis
ut ad teſtamēta quoque ſua nihilominus diligētiā prudētiāque pertenderit:ita
ut in ea quoque parte ſit ſtudioſe imitandus.

## Demetrius phalereus.

DEmetrius Phaoſtrati filius phalereus auditor qdē fuit Theophraſti.
Cæteꝝ cū apud atheniēſes cōcionaret̃:urbi præfuit ānos decē:æreiſ/
que ſtatuis honoratus ē trecētis ſexagita: quaꝝ plures eq̄ſtres erāt &
ī curribꝫ ſeu bigis ſtabāt ſūmoque ſtudio ferme ītra.ccc dies.cōſuma
tæ erāt.Cœpiſſe aūt rēpu. admiſtrare quo tpe Harpalus Alexādrū fu
giēs athenas uenit:Demetrius Magneſius ī æquocis teſtat̃.Diu āt atq; præclare
rem adminiſtrauit. Nanque & redditibus & ædificiis ciuitatem auxit: & qui/
dē cū genere ſatis illuſtris nō eēt:Erat enī ut Fauorinus ī prīo cōmentarioꝝ ait:
ex canōis familia: ueꝝ urbanæ ac nobili lamiæ amicæ:ut idē ait ī prīo:cōgredie
bat̃:Sed & a Cleone ſeſe ppeſſū eē ī ſecūdo tradit.Porro Didymus in ſympoſiis
ipm & Charito blepharō & Lāpetonē a meretrice q̄dā appellatū ait:Fert̃ cū ale/
xādriæ amiſiſſet oculos:a ſerapi illos rurſus recepiſſe. Quocirca & pæanas qui
nūcuſque canūt̃ feciſſe.Veꝝ cū apud atheniēſes clariſſimꝰ eēt:ſic quoque & ipe
ab ea quæ cuncta conſumit inuidia tentatus eſt. Quippe inſidias paſſus a qui/
buſdam mortis ſententiam abſens excepit. Non tamen eius corpore potiri ſūt:
uerum ipſius deiicientes imagines erugine ex induſtria fœdatas alias quidem
uendiderunt: alias ſummerſerunt: aliaſque in fruſta conciderunt. Quippe

& hoc fertur. Vna autem ſola in arce ſeruata eſt. Feciſſe autẽ hoc athenienſes Demetrio iubẽte rege Fauorinus auctor eſt in oĩmoda hiſtoria. Sed & ĩperii ipſius ĩdicia ut Fauorinus idẽ ait uiolarũt. Enimuero Hermippus eum tradit poſt Caſſandri necẽ Antigoni metu ſe ad Ptolæmeũ ſoterẽ cõtuliſſe: multũq; illic tẽporis moratũ iter cætera conſuluiſſe regi: filiis quos ex Euridice ſuſceperat ĩpartiri regnũ: Illo nõ obtẽperãte ſed ei quẽ ex Beronice genuerat diadema tradẽte: ab hoc ipſo poſt prĩs mortẽ fuiſſe aſſeruatũ ĩ ꝓuĩcia quoad aliqd de illo ſtatuiſſet. Hic iã ille mœſtior uixit: ac ueluti dormitans ab aſpide manũ morſus ex uita migrauit ſepultuſq; eſt ĩ buſirite regione ꝓpe dioſpolim. Ei quoq; nos fecimus epigrãma.

Ore uenena ferens Demetrion abſtulit aſpis:
  Luminibus cuius lux tenebroſa micat.

Porro Heraclides in epitome ſucceſſionũ ſotionis Ptolæmeũ ait Philadelpho cõcedere uoluiſſe regnũ: illũq; ꝓhibuiſſe dicẽdo: ſi alteri dederis: ipſe non habebis. Cũ uero accuſaret athenis menãder comicus: Fert quippe & hoc: paꝝ abfuit qn capitis exciperet ſnĩam: ob aliud nihil niſi q amicus huius eſſet. Purgauit aũt eũ Teleſphorus Demetrii gener. Veꝝ enim libroꝝ multitudine ac uerſuũ numero oẽs ferme ſui tpis peripateticos trãſcẽdit doctiſſimus atq; pitiſſimus oĩum. Sũt aũt ipſius monumẽta partim hiſtorica: partim politica: de poetis alia: alia rhetorica: cõtionũ ac legationũ ſed & orationũ æſopiaꝝ collectiões & cõplura alia. Sũt aũt de legibus atheniẽſiũ libri qnq;: de ciuibus atheniẽſibus duo: de ducẽdo populo duo. de repu. duo. de legibus unum. de rhetorica duo. de re militari duo. de iliade duo. de odyſſea q̃ttuor. Ptolæmeus unũ. Amatorius unũ. Phædõdas unũ. Mædon unũ. Clæon unũ. Socrates unũ. Ariſtomachus unũ. Artaxerxes unum. Homericus unũ. Ariſtides unũ. Ariſtomachus unũ. Exhortatorius unum. Pro repu. unũ. de decẽnali tpe unũ. de Ionibus unũ. de legatione unũ. de fide unũ. de gratia unũ. de fortuna unũ. de magnificẽtia unũ. de legibus unũ. de nuptiis unũ. de trabe unũ. de pace unũ. de ſtudiis unũ. de tẽpore unũ. Dionyſius unũ. Chalcidicus unũ. Athenienſiũ incurſio unũ. de antiphane unũ. Prohœmiũ hiſtoricum unum. Epiſtolæ unũ. Cõcio iurata unũ. de ſenectute unũ. Iura unum. Aeſopiaꝝ unum. de uſu unum. Porro ſtilus ipſe philoſophicus oratorio robore uiribuſq; pmixtus. Hic ubi cõperit athenienſes imagines ſuas euertiſſe: At inqt uirtutẽ illi nõ euerterũt: cuius gratia illas erexerãt. Aiebat nõ eſſe paruũ aut negligẽdũ mẽbrũ ſupcilia: poſſe enim uitã oẽm obſcurare. Nõmodo diuitias cæcas aſſerebat: ueꝝ & illaꝝ auctorẽ fortunã. Quãtũq; in bello poſſet ferꝝ: tãtũ in repu. eloquentiã ualere. Cũ uidiſſet aliquãdo iuuenẽ luxurioſũ: ecce inquit quadrata ſtatua habẽs ſyrma: uentrẽ: pudẽda: barbã. Hominũ faſtu turgidoꝝ aiebat circũcidi oportere altitudinẽ ſenſumq; reliquere. Iuuenes aſſerebat oportere domi qdẽ parentes: in itineribus aũt occurſantes: in ſolitudine uero ſe ipſos uereri. Amicos dicebat ſecũdis in rebus adeſſe aduocatos: in calamitatibus aũt ſua ſpõte atq; ĩuocatos. Fuerũt aũt Demetrii memorabiles uigĩti. Primus calcedonius orator thraſymacho antiquior. Secundus hic ipſe. Tertius byzãtius peripateticus. Quartus qui cognominatus eſt graphicus. i. ſcriptorius: apertus atq; ad diſſerendum faci

lis:ideq; ipſe pictor.Quintus aſpendius Apollonii ſolenſis diſcipulus.Sextus Callantianus qui de aſia & europa ſcripſit libros uigiti.Septimus bizantius qui.xiii. libris galloꝝ ex europa in aſiã trãſitũ:& octo aliis Antiochi & Ptolæmei geſta:libyeq; ſub ipſis adminiſtrationẽ cõſcripſit.Octauus ſophiſta qui moratus alexãdriæ artes oratorias ſcripſit.Nonus adremetinus grãmaticus Ixion appellatus ꝙ Iunonẽ in aliquo iniuriis affeciſſe uideret̃.Decimus cyrenæus grãmaticus cognomento ſtãnus uir ſane memorabilis.Vndecimus ſcepſius uir diues ac nobilis ac ĩprimis ſtudioſus.Hic etiã Metrodoꝝ ciuẽ ꝓmouit. Duodecimus grãmaticus erythræus ciuis ſcriptus in mno.Tredecimus bythinius Diphyli ſtoici filius diſcipuluſq; Panætii Rhodii.Quatuordecimus orator ſmyrnæus:atq; iſti q̃dem ꝓſa orõne ſcripſerũt.Poetæ aũt hi.Primus qui comœdiã ſcripſit.Secundus epicus poeta:cuius illa ſola habentur quæ aduerſus inuidos ſcripſit.

Concupit exanimem quoq; uiuum ſpreuerat olim

Dat tumulus lites & ſimulachra uiris.

Tertius ex tharſo ſatyricus.Quartus iambicus amarus uir. Quĩtus ſculptor:cuius Polemo meminit.Sextus erithræus uarius ſcriptor qui hiſtoricos & oratorios conſcripſit libros.

Heraclides ponticus.

HEraclides Euthyphronis filius heracleotes ex põto uir diues athenas cõceſſit:Ibiq; primũ q̃dẽ Speuſippo ſe ĩ diſciplinã:d̃dit:pythagoreorũq; auditor fuit: Platonẽq; imitari ſtudẽs:poſtremo ut Sotion ĩ ſucceſſionibus ait: Ariſtotelẽ audiuit.Hic mollioris ueſtis uſum habuit:tumẽtiq; fuit corpore:adeo ut illũ attici nõ iam ponticũ:ſed põpicũ uocarẽt.Porro inceſſu mitis erat & uerẽdus.Feruntur ingenii illius monumenta præclara atq; optima:Dialogi:quoꝝ morales de iuſtitia tres:unũq; de tẽperantia:de pietate ac fortitudine:cõmuniterq; de uirtute unũ.de fœlicitate unũ.de principio unũ.de legibus unũ.deq; ſimilibus de nominibus unũ.Pacta unũ.Inuitus amatorius & Clinias unũ.Naturales uero de mẽte:de anima:ſeorſumq; de anima:& de natura & imaginibus ſeu ſimulacris.Aduerſus Democritũ de cœlis unũ.De his quæ ſunt apud inferos:de uitis duo.de cauſis morboꝝ unũ.de bono unũ. Aduerſus Zenonẽ.i.aduerſus Metronẽ unũ.Grãmatici uero de Homeri.& Heſiodi ætate duo.de Archiloco & homero duo.Muſici uero de his quæ ſunt apud Euripidẽ & Sophoclẽ reperiunt̃ duo.de muſica duo.Solutionũ homericaꝝ duo.Theorematicus unũ.de tribus tragœdiis unũ.Figuræ unũ.de poetica & poetis unum. de cõiectura unũ.de præſcientia προοπτικων unũ.Heracliti expõnes q̃ttuor:In Democritũ expõnes unũ.Solutionũ quæ in cõtẽtionẽ ueniunt duo .Prologum unũ.de ſpẽbus unũ.Solutiões unũ.Monita ad Dionyſiũ unũ.Rhetorici duo.de oratoris officio ſiue ꝓtagoras.Hiſtorici de pythagoreis & de ĩuẽtis.Ex his alia q̃dẽ comice finxit:ſicuti de uoluptate & de pudicitia.Alia tragice:ſicuti de his quæ ſunt apud ĩferos & de pietate & de poteſtate. Obſeruat aũt ſæpenumero & mediocritatẽ in dicẽdo quãdã: ueluti philoſophis & ducibus ciuibuſq; iuris adiuicẽ loquẽtibus.Extãt illius ſcripta & de geometria & de dialectica.Eſt autẽ ĩ omni

genere orationis uarius & dictione diſtinctus: maximamq́ꝫ habet capiendi ani/mos atq́ꝫ oblectãdi uim. Sũt qui aſſerãt illũ & p̃riam a tyrãno liberaſſe: eo ſcilicet necato: Vt ait Demetrius magneſius ĩ homonymis qui de illo tale aliquid tradit Nutriſſe eum a iuuentute draconẽ: & cũ iam moriturus eſſet: iuſſiſſe cuidã ex neceſſariis ut eius corpus occuleret: draconẽq́ꝫ ſupponeret lectulo: ut putaretur ad deos migraſſe: factũq́ꝫ eſt ut ille mãdauerat. Interea cũ Heraclidẽ efferrent ciues: atq́ꝫ laudibus ꝓſequerent̃: audito clamore draco ex ueſtibus ꝓdiit: ꝑturbauitq́ꝫ plurimos. Poſtmodũ uero aperta ſunt omnia: uiſuſq́ꝫ eſt Heraclides: non qualis putari uoluit: ſed qualis erat. Eſt & in hunc noſtrum epigramma.

Clatus Heraclide uoluiſti uiuere fama
 Omnibus extinctus q̃ draco uiuus eras.
Es male mentitus: fallens fuit aſpera ſerpens
 Bellua: non ſapiens tu fera capta iaces.

Hæc hippobotus quoq́ꝫ ait. Cæteꝝ Hermippus heracleotas tradit cũ fames uaſtaret ꝓuinciã ĩcõmodi abſolutionẽ ex pythia quæſiſſe. Porro heraclidẽ theoros & quã memorauimus pythiam quoq́ꝫ corrupiſſe pecuniis: ut dicerẽt tũc demũ eos leuãdos ĩcõmodis: ſi & uiuũ heraclidẽ Euthyphronis filiũ aurea corona honorarẽt: & uita functũ ut heroem uenerarent̃. At ubi oraculũ delatũ eſt: nihil illos qui hanc ſcenã finxerant inde eſſe lucratos. Cõtinuo enim coronatũ in theatro heraclidẽ ſtupidum amentẽq́ꝫ factũ eſſe: theoros uero deuolutos ĩteriſſe: pythiamq́ꝫ ipſa hora cum aſcẽdiſſet in aditũ draconis morſu cõtinuo eflaſſe aĩam: Atq́ꝫ iſta quidẽ de ipſius fine. Tradit aũt Ariſtoxenus muſicus illũ tragœdias etiã ſcripſiſſe theſpidiſq́ꝫ illas prænotaſſe titulo. Climaeleon quoque ait illum ſua furatũ de homero & heſiodo ſcripſiſſe. Autodorus quoq́ꝫ epicureus illũ arguit eis cõtradicens quæ ille de iuſtitia ſcripſit. Inſuper & Dionyſius metathemenus aut ſpintarus ut quidã uolunt parthenopæum ſcribens Sophocli ĩſcripſit. Ille ita credens in aliquo ſuoꝝ opeꝝ eius teſtimoniis ueluti ſophoclis utitur. Id ſentiens illo negante & non credente miſit ex exẽplari uidendos uerſus: & ita ſe per omnia habebat. Amabat aũt iſte Dionyſium. Veꝝ ille neq́ꝫ ita fidem accõmodans forte aiebat: & caſu fieri poſſe: ut ita ſe haberet. rurſus ad illũ ſcripſit Dionyſius: & hæc profecto comperies ſenex. Simia non capitur laqueo: capitur quidem: poſtq́ꝫ tẽpus capitur: & ad hæc heraclides litteras ignorat: nec de eo erubeſcit. Fuerũt aũt quatuordecim heraclides. Primus hic ipſe. Secũdus cõciuis huius qui pyrrichas nugaſque compoſuit. Tertius cumanus qui perſica quinq́ꝫ libris abſoluit. Quartus cumanus orator qui artes rhetoricas ſcripſit. Quintus callicianus ſiue alexãdrinus qui ex libris ſucceſſionem explicauit: orationemque lembeuticam: Vnde & lembus uocabatur. Sextus alexandrinus perſicarũ proprietatum ſcriptor. Septimus dialecticus bargyleites qui contra epicurum ſcribit. Octauus medicus iceſius. Nonus medicus tarentinus empericus. Decimus poeticus qui præcepta conſcripſit. Vndecimus ſculptor phocenſis. Duodecimus argutus epigrammatũ poeta. Tredecimus magneſius qui ſcripſit mitridatica. Quatuordecimus qui conſcripſit de aſtrologia.

## Laertii Diogenis de uitis philoſophorum liber ſextus.

### Antiſthenes antiſthenis athenienſis.

ANtiſthenes Antiſthenis filius athenienſis fuit. Dicebatur autem non eſſe indigena. Quod cũ ſibi probro daretur: dixiſſe fertur: & deum mater phrygia eſt: uidebatur enim illius mater ex thracia. Vnde cũ in tanagrenſi pugna fortiter egiſſet: auctor fuit ſocrati ut diceret ex duobus atheniẽſibus ita fortem nunq̃ natum eſſe. Ipſe quoque athenienſibus ꝙ indigenæ eſſent gloriãtibus exprobrans dicebat: illos cocleis nihilo nobiliores. Hic initio quidem Gorgiam audiuit oratorem. Vnde & in dialogis oratoriũ dicendi genus exprimit: maximeq; in ueritate & in exhortando. Hermippus autem ait illum in celebritate Iſthmia uituperare ac laudibus efferre ſolitum athenienſes thebanos & lacedæmonios: deinde id uitaſſe intuentem plurimos ex urbibus confluere. Poſtmodum Socrati ſeſe addixit: in tãtumq; cum illo profecit: ut moneret diſcipulos ut ſui ſub Socrate eſſent condiſcipuli: Commoranſq; in pyreo quotidie. xl. ſtadiis emenſis audiebat Socratem: a quo & tolerantiam addiſcens tranquillitatiſq; illius imitator effectus: cynicam prior ſectam inchoauit: princepſq; in ea fuit. Quodq; labor bonum eſſet: magni Herculis ac Cyri exemplo ſuadebat: id a græcis: hoc a barbaris mutuãs. Primuſq; diffiniuit ſermonem dicens. Sermo eſt qui quid quidq; ſit aut fuerit exprimit. Dicebatq; iugiter inſania potius q̃ uoluptate corripiar: & illud oportet eiuſmodi ꝓpiquare mulieribus quæ gratias habeãt. Põtico aũt adoleſcẽti cum ſe illi in diſciplinã dare uellet: rogaretq; quanã re ſibi opus eſſet: Libro inquit nouo & ſtilo nouo nouaque tabella: animũ. ſ. ſignificãs. Interrogãti cuiuſmodi uxorẽ duceret. Si inquit formoſam duxeris cõem habiturus es: ſi deformẽ pœnã. Cũ audiſſet Platonẽ aliquãdo ſibi maledicere. Regiũ inquit eſt male audire cũ benefeceris. Cũ aliquãdo orpheicis myſteriis iniciaret̃ diceretque ſacerdos eiuſmodi initiatos bonis plurimis apud ĩferos perfrui cur igit̃ ait ipſe nõ moreris? Probro ſibi dabat̃ aliquãdo ꝙ non eſſet ex duobus liberis genitus. Neque inquit ex duobus luctatoribus: & tamẽ luctator ſum. Interrogatus cur paucos haberet diſcipulos: ꝙ inquit argentea illos uirga eiicio. Rogatus itẽ cur in diſcipulos acriter inueheretur: & medici inquit in lãguidos. Cum uidiſſet aliquãdo fugientẽ mœchum. O inquit infœlix quantum periculi uno obolo uitare potuiſti. Præſtare dicebat ut hecaton ait: neceſſitate urgente in coruos q̃ aſſentatores incidere. Illos quippe mortuos: iſtos uiuentes deuorare. Rogatus quidnam apud homines eſſet beatius. Fœlicem inquit mori. Familiari quodam apud ſe deplorante ꝙ perdidiſſet commentaria: oportebat inquit iſta animo potius q̃ chartis inſcribere. Sicuti rubigo ferꝝ: ita inuidiã ĩuidos conſumere aiebat. Eos qui cuperent ĩmortales eſſe: oportere dicebat pie uiuere ac iuſte. Ciuitates tunc ĩterire ait cum bonos diſcernere nequeunt a malis. Cum aliquando a malis laudaretur: magna inquit anxietudine maceror: ne for-

te mali quidpiã feceri.Fratrũ qui eẽnt cõcordes cõuictum oĩ pariete dixit eẽ for/ tiorẽ.Ea dicebat panda uiatica quæ cũ naufrago ſimul enataret.Probro ſibi da batur aliquãdo q̃ cõgrederet̃ malis:at medici,iquit iter infirmos uerſantur ne/ que tamẽ febricitant. Abſurdum eẽ dicebat triticũ purgare lolio: bellũque inu tili milite:rem uero pub.inuidis nõ exhaurire.Rogatus quidnã ex philoſophia lucratus eẽt:mecũ ait colloqui poſſe.Cuidã ſibi ĩ conuiuio dicẽti:cane:tu mihi ĩ/ quit tibias infla. Diogeni tunicã petenti: palliũ explicare iuſſit.Interrogatus q̃nã eẽt diſciplina magis neceſſaria:mala inq̃t dediſcere.Eos hortabat̃ qui maledictis inceſſerentur tolerare magis q̃ ſi lapidibus ſe quiſpiã ageret. Platonẽ ĩſimulabat ut faſtu turgidũ. Cũ ergo fieret põpa ĩſpiciens hinniẽtem frementẽque equũ ad Platonẽ cõuerſus:tu ĩquit iudicio meo præclarus fuiſſes equus.Venerat aliquan do ad eũ mala ualitudine affectũ:& cũ uas cerneret ubi Plato uomuerat: cholen ĩnquit hic uideo: faſtũ uero nõ uideo.Athenienſibus cõſulebat aſinos ut equos decernerent:quod cũ illi irrationabile dicerent:at inquit duces apud uos fiunt: qui nihil didicerunt:ſolũque deſignati ſunt.Dicẽti ſibi cuidam:multi te laudãt: quid enĩ ait mali feci.Cũ pallii diſciſſam p̃tẽ cõuerſam ĩ cõſpectũ dediſſet:intui/ tus Socrates uideo inquit p̃ palliũ tuã uanitatẽ.Interrogatus a quodã ut ait Pha nias ĩ libro de ſocraticis:quidnã faciendo bonus & honeſtus euaderet.Si mala ĩ/ quit quæ habes a ſcientibus didiceris eẽ fugienda.Cuidam delicias laudanti:ini/ mici ait delicate uiuãt.Adoleſcẽti quiſe fictori ſuo cõformabat: dic ait ſi uocem æs accipet:quanam ĩ re gloriaret̃:illo dicente ĩ pulchritudine:nõ ĩquit erubeſcis q̃ cũ inanimis gloriaris?Pontico adoleſcẽte pollicente illũ ſibi fore curæ:ſi nauis applicaret qua ſalſa uehebantur:ſumpto illo & uaſe nouo abiit ad eam quæ fa/ rinã uenũdabat & onerãs p̃ficiſcebat̃: Illa uero preciũ petente: hic inquit adole/ ſcens dabit:ſi ſalſorũ ipſius nauis applicauerit.Ipſe & Anyto exilii & Melito mor tis auctor fuiſſe uidet̃:Nãque põticis iuuenibus ob Socratis gloriam aduenieẽti/ bus congreſſus eos ad Anytum abduxit dicens illũ moribus ſapientiorem eẽ q̃ Socratem:qua ex re ĩdignatos circũſtantes efugaſſe illũ.Sicubi uero ornatã of/ fendiſſet mulierem ad domũ illius proficiſcebatur:iubebatque uirũ eius equũ p̃ferre & arma ut ſiquidẽ hæc illi eẽnt:deliciis uacare ſineret: his enĩ ulciſci: ſin alias cultũ illũ amoueret.Quæ autem illi placuere iſta ſunt.Docibilẽ eẽ uirtutẽ: Eoſdem eſſe nobiles ac uirtutis ſtudioſos.Sufficere uirtutem ad beatam uitam nullo indigentem niſi ſocraticis uiribus.Virtutem quoque operum eſſe neque uerbis plurimis neque diſciplinis indigentem:ſapientẽque ſibi ipſi ſufficere.Sua quippe eẽ quæ aliorum ſunt omnia. Gloriæ priuationẽ bonũ eẽ labori ſimile. ſapientẽ nõ ſecundum cõſtitutas leges uicturum:ſed iuxta uirtutis normã: du/ cturũque uxorẽ p̃creandorũ liberorũ cã: formoſiſſimiſque cõgreſſurum mulie ribus atque amatorũ:Solum quippe ſcire ſapientẽ quænã ſit amanda.Inſcribit il li Diocles & iſta. Sapiẽti enĩ p̃egrinũ aut nouum nihil:neque ĩdignus ẽ qui ame tur uir bonus.Studioſi amici ſunt facere q̃ aĩoſi una & iuſti ſũt.Virtutẽ arma eẽ quæ tolli nõ poſſint.Preſtat cum paucis bonis aduerſus malos oẽs:q̃ cum mul tis malis aduerſus paucos pugnare. Sollicite obſeruare inimicos: primi enim

peccata ſentiũt.Iuſtũ uiꝝ pluris faciendũ q̃ ꝓpinquũ. Viri ac mulieris uirtus ea/dem.Bona pulchra:mala eẽ turpia.Iniqua oĩa aliena puta atq̃ peregrina.Muꝝ tutiſſimum prudentiam eẽ: neq̃ enĩ decidere neq̃ ꝓdi.Mœnia ſtruenda in no/ſtris ĩuiolabilibus cogitationibus.Differebat aũt in gymnaſio q̃ cynoſarges ap/pellatur non longe a ianuis.Vnde quidam cynicam ſectã appellatam uolũt:ipſe q̃ cognoĩabaẽ Haplocyon:ac primus palliũ ut ait Diocles duplicauit:ipſoq̃ ſolo utebaẽ:baculũq̃ ſumpſit ac perã.Primus aũt & Neanthes tradit ſimplicis quoq̃ pallii uſum habuiſſe.Porro Soſicrates ĩ ſucceſſionũ tertio Diodoꝝ aſpendium: & barbã dimiſiſſe: & baculo & pera uſum eẽ ait.Hunc ſolũ ex oĩbus Socraticis Theopõpus laudat dicẽs fuiſſe acutiſſimũ & ex ſuauitate colloquii quẽlibet ca/pere ac traducere quo uellet.Liquet id aũt ex libris ſuis:atq̃ ex illo Xenophõtis ſympoſio:uideturq̃ & uirilis ſecte ſtoicæ princeps fuiſſe.Quocirca & Athenæ/us poeta epigrãmatũ ſic de illis ait.O ſtoicaꝝ rerũ piti:o qui præclara dogmata ſacris paginis ĩpoſuiſtis uirtutem unicũ animæ bonũ.Hæc enĩ ſola uiroꝝ & ui tam liberauit & urbes.Carnis aũt amicã uoluptatẽ finẽ uiris aliis una memoriæ pegit eiliaꝝ:Hic & Diogeni tranqllitatis:& Crati ꝯtinentiæ:& Zenoni tolleran tiæ dux & auctor fuit ipſe q ciuitati fundamenta ſubiecit:Eniuero Xenophõ ſua uiſſimũ in colloquio fuiſſe ait:atq̃ in rebus aliis continentiſſimũ.Feruntẽ & ipſi us ſcripta tomi decem.Primus in quo de dictiõe ſiue de figuris. Aiax ſiue aiacis oratio.Vlyxes ſiue de ulyxe.Oreſtis defenſio.de cauſidicis. Iſographe ſiue deſias ſiue Iſocrates.Aduerſus Iſocratis.αμαρτυρον.In ſecũdo tomo de aĩalium natu ra.de procreatione filioꝝ:ſiue de nuptiis:ſiue amatorius: de ſophiſtis. φυσιογ/νωμονικοσ.Exhortatorius primus:ſecũdus:tertius:de Theognide.v. Tomus tertius.In quo de bono.de iuſtitia.de fortitudine.de lege:ſiue de repu.de lege:ſi/ue honeſto & iuſto.de libertate & ſeruitute.de fide & curatore.de interrogatiõe. de uictoria.œconomicus.In quarto tomo Cyrus.Hercules maior:ſiue de forti/tudine.In quĩto tomo Cyrus:ſiue de regno aſpaſia.In ſexto tomo ueritas.de diſ ſerendo.αντιλογικοσ.Sathon de contradictione.iii.de locutiõe.In ſeptimo to/mo de diſciplina:ſiue de noĩbus.v.de moriendo.de uita & morte.de his quæ ſũt apud ĩferos.de uſu nominũ:ſiue cõtentioſus.de ĩterrogatione & reſponſione.de opinione & ſcia qnattuor.de natura duo.Interrogatio de natura duo.Opiniões: ſiue cẽtentioſus.de adiſcẽdo ꝓblemata.In octauo tomo de muſica.de expoſito ribus.de Homero:de iniuſtitia & impietate.de Calchante.de exploratore.de uo luptate.In nono tomo de odyſſea.de uirga Mineruæ:ſiue de Telemacho.de He lena & Penelope.de Proteo:cyclops:ſiue de Vlyxe.de uini uſu: ſiue de ebrietate: ſiue de cyclope.de Circe.de Amphiarao.de Vlixe & Penolope.de cane.In dcimo tomo Hercules:ſiue Midas.Hercules:ſiue de prudentia:ſiue de fortitudine.Do minus:ſiue amans.Dominus:ſiue exploratores.Menexenus ſiue de imperio.Al cybiades.Archelaus ſiue de regno.Atque iſta quidem ſcripſit. Timõ autem ob multitudinem eoꝝ quæ ſcripſit ĩcrepans illũ ĩgenioſum nugatorem eum dixit Obiit morbo quo tempore Diogenes ingreſſus ad illũ dixit. Num amico opus eſt? Aliquãdo item intrauerat ſiccam habens ad quem ille cum diceret:quis me

doloribus abſoluet? Ille oſtenſa ſicca hæc inquit: & ille doloribus dixi nõ uita: ui
debatur enim ferme mollius præferre morbum præ amore uite.

Eſt tibi uita canis mordaci natus in ore:
Non tamen ut rabido pectora dente petas.
Phthiſicus extinctus: forſan quis dicere poſſet:
Conuenit ad ſtygium flumen habere ducẽ.

Fuerũt aũt & alii Antiſthenes tres. Vnus de ſchola Heracliti. Alius epheſius. Ter
tius rhodius quidã hiſtoricus. Quoniã uero eos q ab Ariſtippo fluxere ac phæ-
done tranſegimus: age nunc illos qui ab Antiſthene uenerũt: cynicos ac ſtoicos
hoc ordine adiiciamus.

## Diogenes.

Diogenes Iceſii mẽſarii filius ſynopeus fuit: fugiſſe illũ cũ pater eius
publice menſam haberet ac falſo pecuniam ſignaret. Diocles au-
ctorẽ. Porro Eubulides ĩ libro de Diogene diogenem ipſum hoc
feciſſe ait: atq; cũ patre una pulſum fuiſſe. Ipſe quoque ĩ pordalo
de ſe ipſo ait falſo ſignare monetam. Quidã uero eũ cũ curator ef
fectus eſſet ꝑſuaſum ab opificibus aiũt ueniſſe delphos atq; delũ
in pr̃iam Apollĩs: ꝑcontatũq; eẽ an id ageret quod ei ſuaderet: quod cũ ſibi ꝑmiſ
ſum eẽt de ciuili moneta æs adulteraſſe: deprehenſũq; ut quidã uolunt: exilio dã
natum eẽ: ut aũt alii putant: metu ꝑterritũ ſponte patriã liqſſe. Sunt q dicant illũ
a p̃re acceptã pecuniã adulteraſſe: atque illũ quidẽ in carcere diem obiſſe: hũc ãt
effugiſſe: ꝓfectumq; delphos ſciſcitatum eẽ non utrũ pecuniã falſo ſignaret: ueꝝ
qd faciens clariſſimus futurus eẽt: atq; ita hoc oraculũ cepiſſe. Cũ uero athenas
cõceſſiſſet: conuenit Antiſthenẽ. Eũ ille cũ repelleret: quippe ex cõſtituto ſuo ne-
minẽ recipiebat: uicit ꝑſeuerantia ſua. Illo ſiquidẽ aliquãdo intẽtante baculũ: ſu-
biecto capite: cæde inqt. Non enim ita duꝝ baculũ reperies: q me abs te q̃diu ali
quid dixeris arcere poſſit. Hic iã auditor illius factus ẽ ac ueluti ꝓfugus ex patria
ſe ad uictũ ſimplicẽ cõtulit: conſpecto ut Theophraſtus ait in megarico mure diſ
currẽte: qui neq; cubiculũ inqreret: neq; tenebras uereret: neq; aliquid eorum
quæ ad ueſcendũ idonea uiderent appeteret: unde & caſus ſuos cõſolatus ẽ. Palli
um ut quidã uolũt: primus duplicem in uſu habuit: ob neceſſariũ uſum: utq; il-
lo ſe dormiens obuolueret: perãq; tulit ĩ qua & cibos ferebat: oĩq; ad oĩa utebat
loco & prandens & dormiens & loquens. Quocirca & athenienſes aiebat Iouis
porticũ oſtendẽs ſibi cõdidiſſe habitaculũ. Ac baculo quidẽ primũ innitebat: cũ
infirmus eſſet: deinceps aũt eũ ſemper ferebat: non quidẽ in urbe: ſed iter agens:
ipſumq; ac perã ut refert Athenodorus athenienſium pr̃iceps & Polyeuctus rhe
tor & Lyſanias æſchrionis filius. Cum aũt ad quendã ſcripſiſſet ut ſibi paret cel-
lulã: & ille tardius id exequeret: doliũ quod ĩ metroo erat ꝓ domo habuit: ſicut
& ipſe in epiſtolis ſcribit: atq; æſtate q̃dẽ ſeſe ĩ feruida arena uolutabat: hieme ue
ro ſtatuas niue ꝑfuſas cõplectebat: oĩ ex ꝑte ſeipſum ad laboꝝ tolerantiam exer
cens. Acer itẽ erat in deſpiciendis aliis. Vnde & Euclidis ſcholã alludẽs ad nomẽ
cholẽ ideſt bilẽ appellabat: & Platonis auditoriũ cõſumptionẽ: & Dioniſiaca cer
tamina magna miracula ſtultorũ dicebat: oratoreſq; turbæ miniſtros. Dicebat

aũt cum intueretur ĩuita gu bernatores medicos atq; philoſophos:aĩaliũ oĩum ſapientiſſimũ hoĩem eẽ.Cum aũt inſpiceret ſomniorum ĩterpretes cõiectores uates uel huiuſmodi cæteros:uel qui gloriæ aut diuitiis addicti eſſent: tuncdemũ nihil ſe ĩanius exiſtimare hoĩe aiebat:arbitrari ſe ĩ uita ſæpius pandum uerbum q̃ laqueum.Intuitus aliquãdo Platonẽ in cõuiuio magnifico:guſtantẽ oleas:qd ĩquit ſapiẽs uir in ſiciliã huiuſmodi menſarum gratia profectus appoſitis modo nõ frueris?Et ille at Hercules inqt Diogenes & illic oleis & reliqs eiuſmodi pluribus ueſcebar.Et ille qd inquit ſyracuſas nauigare oportebat?an tunc attica oleas nõ ferebat?Fauorinus in omnimoda hiſtoria Ariſtippũ hoc dixiſſe tradit:aliaſque caricas comedẽs obuiauit illi dixitq;:licet tibi deguſtare:qui cũ acceptas ediſſet: deguſtare dixi:nõ deuorare.Calcans ipſius aliquãdo ſtratũ præſentibus Dionyſii amicis quos ille inuitarat dixit.Calco Platonis inane ſtudiũ: ad quem Plato: quãto ĩqt o Diogenes faſtu tumes:dũ ſuperbiã te calcare putas.Alii Diogenem hoc dixiſſe ferunt.Calco Platonis faſtũ:illũq; reſpõdiſſe :at faſtu alio Diogenes. Porro Sotion in quarto refert hoc illi dixiſſe Platonem cynicum.Vinũ aliquan do poſtularat ab eo Diogenes atq; caricas.At ille lagenam integrã miſit.Ad quẽ diogenes ĩquit:ſi quidẽ rogatus fueris duo & duo quot ſunt: reſpondes uiginti: ita neq; ſecũdum ea quæ poſceris das:neq; ad quæ rogaris reſpondes:obiurgabat aũt illum ut uerboſum.Interrogatus ubinã græciæ uiros uidiſſet bonos:uiros quidem ait nuſquã:ſed lacedæmone pueros uidi.Cũ ſerio quãdoq; loquere tur:nemoq; ſibi ĩtenderet:ſeſe ad ſonũ muſicũ contulit.Congregatis autem ad ſe plurimis exprobrauit ut q ad inepta ſtudioſe concurrerẽt: ad ea uero quæ gra uia eẽnt & utilia negligenter cõuenirent.Dicebatq; de ſoliendo & calcitrãdo cer tare hoĩes:ut aũt boni & probi fierent curare neminẽ.Grãmaticos admirabaẽ ꝙ cũ Vlyxis mala reqrerent:ſua ignorarent.Muſicos itidem in ius uocabat:ꝙ cum lyræ cordas congrue aptarent:animi mores incõcinos haberent.Sed & mathematicos carpebat:ꝙ ſolẽ & lunã & ſydera ĩtuentes: que ante pedes eſſẽt negocia negligerẽt.Oratores etiam agebat ꝙ ſtuderent iuſta dicere:non aũt & facere.Cupidos quoq; ꝙ pecuniã uituparent:ac ſũme diligerẽt.Reprehẽdebat eos q iuſtos ꝙ pecunias cõtẽnerent laudabant:pecunioſos autem imitari ſatagebãt.Stomachabatur eis qui pro bona ualitudine ſacra facerent:inter ſacrificia contra ſanitatem cœnarẽt.Seruos admirabatur qui cum edaces homines cernerent:nihil diriperent ciborum.Laudabat qui uxores ducturi fuiſſent & non ducerent: & qui nauigaturi nõ nauigarent:quiq; acceſſuri ad rẽpu.minime accederent: & q pue ros ituri in delitiis ſe continerent:& qui ſe componerent ad conuiuendum re gibus:neque tamen accederent.Dicebat manus ad amicos nõ cõplicatis digitis extendi oportere.Refert Hermippus ĩ uenditione Diogenis:ꝙ captus ac uendi tus:cum rogaretur quid ſciret agere reſpõderit:ſcire ſe uiris ĩperare:atq; ad præ conẽ prædica inqt quiſnã ſibi dominũ emere uult.Sedere ꝓhibitus nihil inquit refert: nã & piſces quomõlibet iaceant emi. Mirari dicebat cũ ollã quidẽ ac opculum nõ ſine tactu ac tinitu emamus:ſolo ĩ hoĩe emẽdo aſpectu cõtẽti ſumus.

Dicebat Xeniadæ emptori ſuo:ipſum ſibi quãuis eſſet ſeruus obtemperare opor/
tere.Nã & medicus & gubernator ſi ſeruus ſit:utiq; ſibi paret.Euſebulus uero in
libro qui iſcribit Diogenis uenditio ita filios Xeniadœ iſtituiſſe ait poſt diſcipli/
nas reliquas equitare:arcus itendere.fundas rotare atq; iaculari.Deinde in pale/
ſtra nõ pmittebat pedrotiuæ eos in moré athletaꝝ exercere:ſed id roboris tãtũ
& bonæ ualitudinis grã.Tenebant uero pueri poetaꝝ ac ſcriptoꝝ alioꝝ ipſiuſq;
Diogenis plura memoriter:oẽmq; illis doctrinæ rõne ut facile memoria tenere/
tur:breuiter collectã iſinuabat.Domi quoq; miniſtrare docebat cibo leui ac uili
cõtentos & aqua:Tõderi ad cuté faciebat:incõpoſitoſq; deducebat ac ſine tunicis
& calceis tacitos ac ſe tantũ in uia ituentes.Educebatq; eos & ad uenationes.Ecõ
tra illi Diogenis curã habebãt:parẽtibuſq; cõmẽdabãt.Senuiſſe ipm apud Xenia
dẽ idẽ ipſe auctor eſt:ac uita functũ a filiis eius fuiſſe ſepultũ.Vbi pcontãte Xenia
de quõ ſe ſepeliri mallet:in faciẽ inqt:Illo cãm iterrogãte:quoniã iquit poſt mo/
dicũ iſeriora cõuertẽda ſunt.Dixit aũt hoc:qa macedones iam obtinerẽt:atq; ex
humilibus ſublimes fierẽt.Cũ ſe qſpiã in domũ magnifico iſtructã apparatu idu
xiſſet:& ſpuere uetaret:poſteaq̃ excreauit:in illius faciẽ ſputa cõiecit:deteriorẽ lo
cũ ubi ſpueret ſe nõ iueniſſe dicẽs:alii Ariſtippo id applicãt.Cũ clamaſſet aliquã/
do heus hoĩes:cõueniſſentq; plurimi:uirga illos agebat dicẽs:hoĩes nõ purgamẽ
ta uocaui.Ait hoc hecato in primo de uſu. Alexãdrũ dixiſſe ferũt:q nisi alexan/
der eſſet Diogenẽ ſe eſſe uoluiſſet.Debiles dicebat nõ ſurdos aut cæcos ſed iperi
tos uel qui perã nõ haberẽt.Ingreſſus aliquãdo ſemitonſo capite cõuiuiũ iuuenũ
plagas retulit.Poſtea noĩa illoꝝ qui ſe ceciderãt iſcribẽs circuibat ea præſeferens.
Ita illis uicẽ cõtumeliæ reddidit:dũ rephendẽdos & obiurgãdos oĩbus expoſuit.
Dicebat ſe canẽ eſſe laudabiliũ:ſed laudatoꝝ neminẽ ſecũ ad uenãdũ exire præ/
ſumere.Dicẽte quodã uiros ſe in pythia uincere:uiros equidẽ inqt:ſed tu mãci/
pia.Cũ diceret ſibi ſenex es:iam qeſce a labore.quid enim ait ſi in ſtadio currerẽ:
ad finẽ oporteret curſum remittere:& nõ magis intẽdere?Vocatus ad cœnã affu
tuꝝ ſe negauit:neq; enim ſibi priore die grãm decreuiſſe. Nudis pedibus calca/
bat niuẽ:& alia quæ prædicta ſunt:crudas itẽ carnes edere conatus eſt:ſed in eo
nõ pſtitit. Offendit aliquãdo Demoſthenẽ oratorẽ in diuerſorio prandentẽ.Illo
aũt cedẽte:tãto inqt magis in diuerſorio futurus es.Peregrinis aliquãdo Demo/
ſthenẽ uidere cupiẽtibus mediũ itendẽs digitũ:hic ait uobis eſt athenienſiũ ora/
tor.Panẽ eiiciẽte quodã & reſumere erubeſcẽte:corripere illũ uolens:urcei collũ
per figuli trahebat officinã.Imitari ſe dicebat chori magiſtros.Illos enim tonũ ex
cedere:ut reliqui cõgruũ tonũ arriperent. Plurimos aiebat iſanire præter digitũ
Si quis igit mediũ digitũ ptẽdẽs pgat:iſanire uidebit:ſin aũt indicẽ nõ ita.Quæ
ſunt præcioſiſſima ea minimo uenire & ecõtra: Deniq; ſtatuam tribus milibus
emi:farinæ uero choenicẽ duobus æreis.Ei qui ſe emerat Xenaidæ dixit:Age ut
quod præcipitur facias:dicente illo ſuper flumina pgunt fontes: At ſi medicum
ait æger emiſſes:nõ illi obtẽpaſſes:ſed diceres ſuper flumina pmeant fontes.Vo/
lebat quiſpiã apud ſe philoſophari:cui ille pnã dedit:ac ſeq ſe iuſſit.Vt aũt ille præ
uerecundia abiecto quod ferebat abſceſſit:poſt aliquantulum temporis:occur/

rens illi ridẽs ait.Tuam & meam amicitiam perna diſſoluit.Enimuero Diocles
eam rem ita deſcribit.Dixerat illi quidã iube nobis Diogenes:At ille ei abducto
caſei fruſtũ ferendũ dedit:illo renuẽte:meã inquit ac tuã amicitiã modicũ caſei
rupit.Intuitus aliquãdo pueꝝ concaua bibentẽ manu:cotylã pera ꝓductã abie/
cit dicẽs:puer me uilitate ſuperauit:proiecit & catinũ eodẽ ſtudio cum uidiſſet
pueꝝ uaſculo perfracto concauo pane lenticulã ſuſcipientẽ. Ratiocinabať aũt in
hunc modũ.Omnia deoꝝ ſunt:diis aũt amici ſapiẽtes ſunt.Sũt aũt amicoꝝ cũ/
cta cõmunia:omnia igiť ſapientũ ſunt.Inſpexerat mulierẽ inhoneſtius diis ꝓci/
dentẽ.Eius igiť ſuperſtitionẽ auferre uolens:ut Zoilus pergæus ait:accurrit di/
cens.Non uereris mulier ne forte ſtante poſt tergũ deo: cuncta enim plena ipſo
ſunt:ĩhoneſte te habeas. Aſclepio percuſſorẽ ſacrauit qui ꝓcumbentes in faciẽ
accurrẽs cõtereret. Solebat enim dicere ĩprecationes tragicas ſibi occurriſſe eſſe
enim ſine domo:ſine ciuitate:priuatũ patria:pauperẽ:pallantẽ:uitã in dies habẽ
tem.Aiebat ſe obiicere fortunæ quidẽ cõfidẽtiã:naturã legi:perturbationi rõnẽ.
Ad ſolem ſedenti ſibi aſſiſtẽs Alexãder ait:pete a me quod uis:at ille noli inquit
mihi umbrã facere.Legerat quidẽ diutiſſime:cũqꝫ ad finem libri nihil ultra ſcri
ptũ eſſe oſtẽderet:bono ĩquit eſte animo uiri terrã ĩtueor.Ratiocinãti cuidã &
cõcludenti illũ habere cornua manu frontẽ palpans:equidẽ ĩquit illa nõ uideo.
Similiter & dicẽte ſibi quodã non eſſe motũ:exurgens ambulabat.Ad eum qui
de cæleſtibus diſſerebat:quando ĩquit de cælo ueniſti? Spadone quodã ſtolido
domui ſuæ ĩſcribẽte nihil ĩgrediať malũ:dominus ait domus ubinã ingredieť?
Vnguẽto iungens pedes dixit:a capite quidẽ in aerẽ aſcẽdere unguentũ:ſed a pe/
dibus in olfatũ ire.Rogãtibus athenieñſibus ut iniciareť:atqꝫ dicẽtibus nũ apud
ĩferos hi qui iniciati ſunt:præſidẽt? perridiculũ eſt ĩquit ſi quidem Ageſilaus &
Epaminondas in cæno degent:uiles aũt quiqꝫ initiati in beatoꝝ ĩſulis erũt. Mu
ribus ad ipſius mẽſam ſubrepẽtibus:ecce ĩquit & Diogenes paraſitos nutrit.Pla
tone canẽ ipm appellãte:ſane ĩquit:nã equidẽ ad uenditores remeaui. E balneis
exiẽs percõtanti an multi hoĩes lauarẽt negauit:adiiciẽti num turba multa? cõ
feſſus eſt.Platone ita diffiniẽte:homo eſt animal bipes ſine pẽnis:cũ placeret iſta
eius diffinitio:nudatũ pẽnis ac pluma gallũ gallinaciũ in eius inuexit ſcholã di/
cens:hic Platonis homo eſt:unde adiectũ eſt diffinitioni latis unguibus. Interro
gãti quanã hora prãdere oporteret:ſi diues inquit eſt quãdo uult:ſi pauper cum
põt.Apud megarẽſes ĩtuitus oues pellibus tectas:illoꝝ aũt filios nudos ait:præ
ſtat megarẽſis arietẽ eſſe q̃ filiũ. Ad eũ qui ſe trabe cõcuſſerat : ac poſtmodũ di/
cebat caue:num ĩquit iteꝝ me ferire uis? Aiebat oratores quidem plebis mini/
ſtros:coronas aũt gloriæ bullas.Lucernã ĩterdiu accẽdẽs:hoĩem aiebat quæro.
Stabat aliquãdo manãtibus ꝑfuſus undis:his uero qui circũſtabãt illũ miſeran
tibus:Plato nã & is aderat:ſi uultis ĩquit illũ miſerari habite: gloriæ illius cupidi
tatẽ ĩſinuãs.Colaphũ a quopiã accipiẽs hercules ĩquit cuiuſmodi me latebat res
ꝙ operto pergerẽ capite.Midia quoqꝫ ipm colaphis agẽte ac dicẽte tria milia ti/
bi in mẽſa poſita ſunt:poſtridie ſumpto pugilũ cæſtu cæſoqꝫ illi dixit tria milia
tibi in mẽſa ſunt poſita.Lyſia pharmacopola ſciſcitãte an deos eſſe crederet:quõ

inquit non credo qui te diis inimicum puto. Alii Theodoꝝ hoc dixiſſe ferunt. Quendam intuitus ſe undis reſpergenté ait. O ĩfœlix an ignoras quoniá ut grá/matice peccatis: ita reſpergens minime eriperis: ita nec uitæ criminibus euades liber. Culpabat maxime ſi qui fortuná cauſarentur: dicens homines quæ ſibi bona uiderentur: non quæ re uera bona eſſent poſtulare: eis uero qui ſequerentur ſomnia dicebat: ea quidé quæ agitis ni in ſomnis quidé ut corrigatis cogitare uultis: que uero dormiétes cernitis ea curioſe diſqritis. In olympia buccinante præcone: Dioxippus uiros uincit: hic ait mácipia: ſed ego uiros. Amabatur auté & ab atheniéſibus. Deniq; adoleſcéti cum doliumillius cõtriuiſſet: plagas intulerunt illiq; aliud dederunt. Refert Dionyſius ſtoicus illum poſt chæroniam deprehenſum abductum eſſe ad Philippum a quo quid eſſet interrogatus: explorator in/quit inſatiabilis auiditatis tuæ: ex quo admirationi habitus liber dimiſſus é. Miſerat aliquádo Alexáder epiſtolá athenas ad Antipatrũ per athliam quendam. aderat Diogenes atq; ad uocabulũ alludés quippe athlios inſœlix dicit̃. Athlias ĩquit per athlium ad athlium. perdica cõminãte niſi ad ſe pergeret illũ ſe occiſuꝝ: nihil inquit magnum facies. Nam & cantharus & phalangium id facerent. Illud ut potius intentaret monebat: quod ſi & abſq; ſe uiueret: fœliciter uicturus eſſet. clamabat aũt ſæpius dicens hominũ uitam facilé a diis dari: ueꝝ occultari illam quærentibus mulſum unguenta & his ſimilia. Vnde & ei qui a famulo calciabat̃ nondum ait beatus es: niſi te etiam abſtergat. hoc aũt erit ſi mancus fueris. Cum uidiſſet aliquando magiſtratus qui hieromnemones dicebantur: quendá ex æra rio phialá furatũ adducétes: magni inquit fures paruũ ducunt. Intuens aliquádo adoleſcentem lapides in crucem iacienté: euge inquit: ſcopo enim potieris. Circũ ſtantibus ſe adoleſcentibus atq; dicétibus cauebimus ne mordeas nos: bono in/quit eſtote animo filioli: canis betas minime máducat. Glorianti cuidá ꝙ leonis pelle tegeret̃: deſine inquit uirtutis ſtraméta confundere. Beatus dicebatur Ca/liſthenes ꝙ magnificis ab Alexádro apparatibus exciperetur. At ille ĩfœlix inquit eſt qui tum prádet ac cœnat cum Alexádro uidetur. Cũ pecuniis egeret eas ſe ab amicis repetere non petere dicebat. Quandoq; in foro manibus operans utinam aiebat liceret ſic perficato uentre non eſurire. Adoleſcenté intuitus cum ſatrapis ad cœnam abeuntem: abductum ad ſuos reuocauit: obſeruariq; iuſſit. Cõpoſito adoleſcenti quidpiá roganti non antea ſe dixit reſponſuꝝ q̃ aperte exploraret uir ne eſſet an mulier. Plaudéti laſciuius in balneo adoleſcenti: quáto inquit melius: tanto deterius. Inter cœnamdum oſſa illi quidá ut cani iactabant: at ille propius accedens iuxta illos mingebat ut canis. Oratores atq; omnes in dicendo gloriam quærentes ter homines pro eo quod eſt ter infœlices appellabat. Diuité indoctũ ouem aureo uellere dicebat. Cum uidiſſet luxurioſi cuiuſpiam domui inſcriptũ uenalis: ſciebá ĩquit quia uini crapula obſeſſa facile dominũ euomeres. Cauſanti adoleſcenti perturbantium ſe multitudinem: deſiſte inquit & tu perturbationis indicia proferre. Ingreſſus ſordidum balneum qui hic ſe lauant ait ubi lauantur. Cum rudem pingueq; citharœdũ omnes cauſarentur: ſolus ipſe laudabat. Rogatus q̃obrem: ait ꝙ talis cum ſit: cithara ſe non latrociniis exerceret. Citharœdum

qui ſemper ab auditoribus deſerebatur ita ſalutabat Salue galle: illo autem dicē te cur ita: quia inquit canens omnes excitas. Cū adoleſcenté plurimi inſpiceret: ille ſinum lupinis complens ſe incuruabat: multitudine in eum cōuerſa mirari ſe dixit quomodo illo dimiſſo ſe intuerentur. Dicente ſibi quodam ualde ſuperſtitioſo uno ictu caput tibi perfringam: at ego inquit a ſiniſtris adſtans te tremere faciam. Hegeſia ſe deprecante ut ſibi librorum aliquid exponeret: uanus inquit es hegeſia: qui caricas quidem non ſcriptas eligis: ſed ueras: uera autem exercitatione neglecta te ad ſcriptam confers. Ei qui ſibi exilium exprobrabat: at huius inquit miſer cauſa philoſophatus ſum. Alio rurſus dicente ſinopei te exilii arguunt: & ego illos inquit moræ. Intuitus aliquando olympionicem oues paſcentem q̄ cito inquit ab olimpiis ad nemea te contuliſti. Rogatus cuius rei gratia athletæ inſenſibiles ſunt: quia inquit ſuillis ac bubulis carnibus inſtructi ſunt. Petebat aliquando ſtatuam: rogatus cur hoc faceret: ut me inquit non potiri aſſuefaciam: Cum poſtularet quempiam: quippe & hoc primum agebat propter inopiam: dicebat ſi quidem & alii dediſti & mihi da: ſi uero nemini a me incipe. Interrogatus aliquando a tyranno cuiuſmodi ære præſtaret ſtatuam ſculpere: quo inquit Harmodius & Ariſtogiton fuſi ſunt. Rogatus quomodo Dionyſius amicis uteretur: ut uaſculis ait: dum plena euacuat: & abiicit uacua. Inſcripſerat quidam domui ſuæ uxore nuper ducta. Iouis filius Callinicus hercules hic habitat: nihil ingrediatur mali: inſcripſit ipſe: poſt bellum ſocietas. Cupiditatem arcem omnium malorum dixit. Luxurioſum intuitus oleas in diuerſorio edentem: ſi ſic prandiſſes ait: non ita cœnares. Bonos uiros effigies deorum eſſe: amorem uacantium occupationem. Rogatus quidnam eſſet in uita miſerum: ſenex ait egens. Quænam pernicioſiſſime morderet bellua: ex feris inquit obtrectator: ex mitioribus autem adulator. Intuitus aliquando centauros duos peſſime pictos ait: quis horum deterior eſt? Sermonem ad gratiam inſtructum melleum eſſe laqueum dixit. Ventrem uite carybdim appellabat. Audiens Didymonem mæchum fuiſſe comprehenſum: dignus eſt inquit ex ipſo nomine ſuſpendi. Rogatus cur pallens eſſet aurum: quia multos habet inſidiatores. Mulierem in lectica intuens non ſecundum feram ait eſſe caueam. Fugitiuum ſeruū ad puteum ſedentem uidens caue inquit adoleſcens ne incidas. Cernens ueſtimentorum furem in balneis: num inquit ad unguentum: an uero ad aliud neſtimentum? Cum uidiſſet aliquando mulieres ex oliuæ arbore pendere ſuffocatas: utinam inquit arbores cæteræ fructum huiuſmodi tuliſſent. Intuitus ſepulchrorū uiolatoré: quid hic ait tibi uis optime: aut quē prædari paras defunctorum uirorum. Rogatus num ſeruulum aut ancillam haberet: negauit. dicenti ſi ergo morté obieris: q̄ſnā te ad ſepulchrū efferet? qui domo iq̄t idiget. Cum aiaduerteret formoſū adoleſcété paſſī & ſine cuſtodia obdormiété manu pulſās excitauit dicēs: πητισ σοι ευδουτι μεταφρενωεν δορυ πηξη. Ne q̄s tibi q̄eſcéti pilū ī renibus figat. ad eū q̄ pcioſa parabat obſonia cito īquit morieris fili. Platone de ideis differente et nominante menſalitatem & cyathitatem. Equidem inquit o Pla

to menſam & cytathũ uideo:menſalitatem uero cyathitatẽq; non uideo. Et ille recte ĩquit:quibus enĩ cyathus menſaq; conſpicit̃ oculos habes:quo aũt menſali tas & cyathitas intelligit̃ aĩum non habes. Interroganti cuidam qualis ſibi uide retur Socrates:furens reſpondit. Rogatus a quodã quo tpe ducẽda ſit uxor: iu/ uenibus inqt nondũ:ſenibus uero nunquã. Interrogatus quidnam uellet ut co/ laphũ acciperet:galeam inqt. Adoleſcentem intuens ſe cõponentẽ ſi quidem ĩqt ad uiros fruſtra:ſin aũt ad mulieres neqter. Videns adoleſcentulũ rubore pfuſũ: cõfide ait fili:huiuſmodi eſt uirtutis color. Cum duos aliquando audiſſet legis pitos:ambos dãnauit dicens:alteꝝ quidem furatũ eẽ:alterum uero non periſſe Rogatus cuiuſmodi uinũ libentius biberet:alienum inqt. Dicente ſibi quodam plures te irrident:at ego inqt nõ irrideor. Dicenti malũ eẽ uiuere:non inqt uiue re malũ ẽ:ſed male uiuere. Conſulentibus ut fugitiuum requireret ſeruũ:ridicu lum ĩquit ẽ ſi manes abſq; Diogene uiuat:Diogenes abſque mane nõ poſſit. Prã debat oleas:ĩuectam uero ĩter prandendũ placentã pieci t dicens: o hoſpes hinc cito pficiſcere. Rogatus qualis eẽt canis:eſuriens ĩquit blãdus:ſatiatus uero mo loſſicus. Hos pmulti laudãt:neq; tamẽ ob laborem audẽt cũ eis una ad uenatio nẽ egredi:ita ne mihi quidẽ ob doloꝝ metũ congredi atq; una uiuere. Rogatus an ſapientes placẽtis ueſcerent̃:oĩbus ĩquit ſicut & homĩes cæteri. Interrogatus cur mẽdicis ĩpenderent:nõ aũt philoſophis:quia claudi inqt ac cæci fieri potius q̃ philoſophos euadere ſperant. poſcebat quiddã a cupido:tardãte illo:ad cibum ĩquit hõ'te poſtulo:non ad ſepulchꝝ. Exprobrantem ſibi cur aliquando falſo pe cuniã ſignaſſet:tẽpus inqt fuit cũ talis erã qualis tu mõ:qualis aũt ego modo ſũ nunq̃ tu eris. Alteri ſibi idẽ exprobranti:nãq; inqt emingebã tũ celerius:ſed mo do nõ. Myndum pfectus cũ uideret magnificas portas & urbẽ modicã: uiri ĩqt myndi portas claudite ne urbs ueſtra egrediat̃. Cũ uidiſſet aliquãdo hoĩem in purpuræ furto deprehenſum: Accepit te inqt purpureus obitus fataq; maligna. Cratero deprecãte ad ſe illũ pficiſci:at malo inquit ſal athenis lingere:q̃ penes te frui magnifice ĩſtructa menſa. Anaximenẽ cõueniẽs pingui aq̃liculo rhetorem: imptire ĩquit & nobis pauperibus uẽtrẽ:quippe & ipſe leuigaberis:& nobis emo lumento eris. Differente illo aliquãdo pnam prætendens auditores in ſe cõuer/ tit. Indignante illo:diſputationem ĩquit Anaximenis oboli præciũ diſſoluit. Cũ ſibi pbro daret̃ q in foro manducaret:ĩ foro enĩ ait eſurio. Quidã & illud hu/ ius eẽ aiũt:q intuitus illum Plato lauantẽ olera:accedens ſilenter illi dixerit: Si Dyonyſio obſecutus eẽs:olera pfecto nõ lauiſſes:illũq; ad aurem item reſpon/ diſſe. Et tu ſi lauares olera:Dionyſio nõ eſſes obſecutus. Dicenti cuidã cõplures te irrident:& illos ĩquit forte aſini:ſed nõ illi aſinos curãt ſubdidit ille:neq; ego il los reſpondit. Conſpecto adoleſcentulo philoſophãte:Heia ĩquit amatores cor poris ad aĩæ pulchritudinẽ traducis. Admirante quodã ea quæ in ſamothracia ſunt donaria:longe ait plura eẽnt:ſi & qui ſeruati non ſunt:ea deuouiſſent. Alii Diogoræ medo hoc aſſignant. Formoſo adoleſcenti ad cõuiuium eũti deterior inquit remeabis:illo redeũte & poſtridie ſibi dicente:& perrexi:& deterior effe/ ctus nõ ſum deterior ĩpuit quo? Poſtulabat ab Eurytio difficile quiddam:illo

dicēte ſi mihi pſuaſeris:equidē inqt ſi pſuadere poſſim:ſuaſiſſem utiq; uti te ſui focares.Reuertebaẽ ex lacedæmone athenas:ĩ terrogatus quo & unde:a uiris ĩ quit ad mulieres.Rediens ab olympiis cũ rogareẽ an multa ibi turba fuerit:tur ba iqt multa:ſed hoĩes pauci.Luxurioſos dicebat ſimiles ficubus quæ p præcipi tia naſcunẽ:quaꝝ fructus hō nō guſtat:corui aūt & uultures comedunt. Phry ne ſcortum uenerē aureā delphis obtulit:eā ille ita ĩſcripſit.Ex græcoꝝ intēpe rantia.Alexandro quãdoq; illi aſſiſtente ac dicente ſibi.Ego ſum Alexander ma gnus rex:at ego ait ſum Diogenes canis.Rogatus quidnā faciēs canis uocaretur: q eis ĩquit blādior qui dant:ĩ eos uero qui nō dant oblatro:malos aūt mordeo. Ex ficu quadā poma legebat:cuſtode dicēte huic ante paucos dies hō ſuſpenſus ē:ego inqt illā purgabo.Olympionicen ĩtuens in ſcortū frequēter ĩtēdentē: en ĩ quit aries martius a puella uulgari p collū captus abduciẽ.Formoſa ſcorta letali mulſo ſimilia dicebat.Prandēti ĩ platea q circūſtabant iugiter dicebant:canis ca nis. At ille uos ait canes eſtis:qui prandētem circūſtetiſtis.Cū duo molles ſe ipſi ſubducerent:nolite ĩquit uereri:canis betā nō comedit.De puero ſtuprato unde eēt rogatus tegeates ĩquit.Cū uidiſſet ignauū luctatorē medicinā pfitentē:quid hoc ĩquit:num ut eos q te aliquãdo uicerunt:nūc ipſe deiicias?Cū ſcorti filium ĩ turbas iactantē lapides cerneret:caue ait ne patrē ferias. Puero oſtentanti ſibi gladium quē ab amatore accepat:gladius ĩquit pulcher eſt:ſed capulus fædus. Laudantibus quibuſdam eum qui ſibi erogauerat:me aūt nō laudatis qui acci pere merui.Cum a quodā palliū exigereẽ:ſi quid ait donaſti habeo:ſin aūt egui ſti utor.Subornato quodā dicēte ſibi auꝝ habet ĩ pallio:ita ſane inqt:idcirco illo obuolutus obdormio.Rogatus qd ex philoſophia lucratus fuiſſet:etſi nihil ali ud inqt uel hoc ipſum q ad oēm fortunā præparatus ſū.Interrogatus unde eēt: mundanus ait.Sacrificantibus qbuſdam ut filium accipent:ut ĩquit bonū acci piatis nō ĩmolatis.Cū ſtipem aliquãdo poſceret ait egrotanti:alios expolia: ſed ab Hectore contine manus.Scorta dicebat regū eē reginas:petere enim quod cūque eis uidereẽ.Atheniēſibus Alexandrum libeꝝ patrē decernētibus:& me ĩ quit ſerapin facite.Exprobranti ſibi q loca ĩmunda introiret:& ſol ĩquit ĩ ſeceſ ſibus abit:neq; iqnaẽ.In fano cœnās ĩter panes ſordidos appoſitos ſublatos abie cit dicēs:in ſacꝝ nihil oportere ſordidū ingredi.Dicēte ſibi quodā cur nihil ſci ens philoſophareẽ:etſi ĩquit philoſophiam ſimulo hoc ipſum philoſophari eſt. Laudabaẽ puer ad illum adductus q ĩgenio excelleret:eſſetq; optimis moribus: quid ergo iqt me indiget? Qui recta dicerent nec facerent eos cytharæ ſimiles aiebat:& hanc enĩ nihil audire neq; ſentire.Theatrū ingrediebaẽ ex aduerſo ex euntium.Rogatus cur ita faceret:hoc ait in omni uita facere ſtudeo.Videns ali quando adoleſcentulū effœiari:nō pudet ait deterius q̄ naturam ipſam de te ipo ſtatuere:Illa enim te uiꝝ fecit:tu te cogis mulierem fieri.Intuens ĩſipientem ap tare pſalterium:non erubeſcis ĩquit qui ſonos ligno aptes:animum ad uitā non componas.Dicenti ſibi cuidam idoneus ad philoſophiam non ſum: quid ergo inquit uiuis ſi ut bene uiuas nulla tibi cura eſt?Contēnente quodam patrē:non pudet ait iſtum contēnere:qui tibi ut magnum ſapias eſt auctor.Videns decoꝝ

adoleſcentē indecēter loquentē: nō erubeſcis ait ex eburneā uagina ꝑ ſubeū edu/
cens gladium. Cū probro ſibi daret̄ ꝙ in caupona biberet: & in tonſtrina to nde
or īquit. Exprobrabat̄ ſibi ꝙ ab Antipatro accepiſſet palliolū: tū ille reiicienda ī
quit nō ſunt præclara deū munera. Pulſante ſe quodam trabe: ac dicēte caue: uir
ga illū cædens ait caue. Supplicante quodā meretrici: quid ait uis miſer ꝙ præ/
itet fruſtrari. Vnguētis delibuto uide ait ne fragrantia capitis fætorem uitæ præ
ſtet. Seruos qdē dominis: malos aūt cupiditatibus ſeruire dicebat. Rogatus cur
mancipia andropoda ſint appellata: quia pedes īquit habēt uiroꝝ: animum au/
tem quem tu modo habes qui hoc interrogas. A luxurioſo petebat minā: a quo
dum rogaretur cur ab aliis obolum: ab ſe peteret minā: quia inqt ab aliis oībus
denuo me accepturum ſpero: abs te uero an rurſus accepturus ſim in deorum
gremio ſitum eſt. Cum exprobraretur cur Platone non petente ipſe peteret: & il
le īquit petit: ſed ꝓpius admoto capite ne diſcant alii. Sagittarium ītuitus ignauū
iuxta ſcopon conſedit dicens ne forte me feriat: Eos q ad uoluptatem aſpicerent
falli ac fruſtrari dixit. Interrogatus an mala eēt mors: quonam īquit modo ma/
la: quā præſentem nō ſentimus. Alexandro ſtante atq; interrogante num me ti/
mes? qd enim īquit es bonum an malū? dicente bonum: qs ergo ait bonum ti/
met? Diſciplinam iuuenibus quidem ſobrietatē: ſenioribus ſolatiū: pauperibus
diuitias: diuitibus ornatum eē dixit. Didymoni mœcho curanti aliquando pu/
ellæ oculum uide inquit ne uirginis oculum curans puellam corrūpas. Dicente
quodam amicos illi īſidiari: & quid ait agere oportet: ſi amicis & inimicis æque
utendum erit? Rogatus quid eē ī hominibus optimum: fiducia īquit. Ingreſſus
aliquādo ſcholā cū uideret muſas multas paucoſq; diſcipulos: cū diis īquit ma/
giſter multos hēs diſcipulos. Solebat aūt omnia ante oīum oculos facere & quæ
ad cererē & quæ ad uenerē ꝑtinent: atq; huiuſmodi cōcluſiunculis utebatur. Si
prandere nihil mali eſt: neque ī foro prādere malum ē: nō eſt aūt malum prāde
re: nec in foro quidem prādere malum eſt. Cumq; ante ora oīum iugiter opera
ret̄: utinam liceret aiebat perfricato uentre a fame conquieſcere. Referuntur in
eum & alia quæ cū ſint multa ꝓlixum eēt & oīa ꝓſequi. Dicebat autem duplicē
eē exercitationē: alterā enim eē animi: alteram corporis: hanc. ſ. ſecūdum quam
in exercitio perpetuæ quæ fiunt fantaſiæ præſtāt ad uirtutis opera quædam ad
minicula. Porro alteram ſine altera eſſe imꝑfectam: nihilominus bona habitudi
ne & robore īter ea quæ competunt dinumeratis: quippe quæ ueluti circa cor/
pus ita & circa aīam ſint. Adiiciebatque argumentum quod ad uirtutem facile
exercitio ꝓficiat̄. Cernere enim ſe in artibus mechanicis & aliis opifices ex cōſue
tudine operis non minimam operandi celeritatem fuiſſe conſecutos. Athletas
item & tibicines utroſq; eminere plurimum quāto maiore ſtudio & labore uer
ſati iugiter fuerunt. Atq; ita iſtos ſi quidem exercitationem ad animum tranſtu
liſſent: nequaq̄ īutiliter aut īperfecte laborarent. Nihil dicebat in uita oīno abſq;
exercitatione ꝑfici: eam uero oīa exuperare poſſe. Cum igitur repudiatis inutili
bus laboribus naturales inſeq ac uiuere beate debeamus: per ſummam demen
tiam infœlices ſumus. Nāque ipſius quoq; cōteptus uoluptatis ſi nos aſſueſcere

rimus:iocūdiſſimus ſi ẽ:& ſicut hi q cõſueuerunt uoluptuoſe uiuere:moleſte in de ſe auelli patiuntur: ita q ſe aliter exercitati ſunt:gratiſſime ipſas contēnunt uoluptates. Talia docebat atq; in actū pducebat uere conſuetudines antiquas: monetas uero reſculpens:nihilq; minus naturalibus q̄ legitimis deferens: eandem uitæ formā quā Hercules ſe uiuere affirmās nihil libertati præferens:oīaque ſapientum eſſe dicens:eiuſmodi rationibus quas ſupra allegauimus utens. Oīa inquiens deo⁊ ſunt. Amici autem ſunt ſapientibus dii. Sunt autem amicorum cūcta coīa: oīa igitur ſapentiū ſunt. Ac de lege ꝙ ſine ipſa geri remp. poſſibile nõ ſit. Nā ſine ciuitate nihil eẽ utile:urbs uero ciuitas ẽ:lex uero abſque ciuitate ad nihilum utilis:eſt igitur urbana lex. Nobilitatem uero & gloriam & huiuſmodi cætera ridebat:dicens maliciæ eſſe uelamenta:Solamq; rectā eſſe rēpu. quæ eſſet habenda in honore. Dicebat & uxores cõmunes eſſe oportere:nuptias nihil appellans:Sed qui ſuaderet ei quam induxiſſet congredi: communeſq; iccirco filios fieri. Nihil eẽ iniquum ducens ex templo quidpiā accipere:aut aliquod guſtare aīalium:ne iniuſtum quidem eſſe humanis ueſci carnibus:idq; ex aliarū gentium conſuetudine liquere:atq; hac recta ratione omnia in oībus & per oīa eſſe dicens. Nanq; & in pane carnes eſſe:& in olere panem:cum panis & corpora reliqua in omnibus per occultos quoſdam meatus ac tumores ingerantur:atque una euaporent. Sicut in thieſte manifeſtum eſt:ſiquidem ipſius ſunt tragœdiæ & non æginitæ ipſius familiaris ſiue Paſiphontis duciam:quem ſcribit Fauorinus in omnimoda hiſtoria poſt obitum eius ſcripſiſſe. Muſicæ uero & geometriæ & aſtrologiæ cæterorumque ſimilium fuiſſe negligentem ueluti inutilium & quæ minime eſſent neceſſaria. Fuit autem promptiſſimus ad obuiandum his quæ dicerentur:ut ex ſuperioribus liquet. Venditionēque ſui fortiſſime pertulit. Nam cum in æginam nauigaret:atque piratis fuiſſet comprehenſus:quorum princeps erat Scirpalus:cretāque deductus uenditus eſſet: precone interrogante qd ſciret facere reſpondit:ſcire ſe hoībus dominari. Cum repēte aſpexit corinthū quendam hitu ingenuo prætereuntem Xeniadem quē prædiximus hunc digito denotans:huic inqt me uende: hic enim domino indiget. Emit igitur illū Xeniades corinthumque ſecum adducens: & filiis præceptorē dedit:& omni domui præfecit. Is uero ita ſe geſſit in omnibus : ut ſuperſtes ille diceret:bonus dæmon domum meam introiuit. Refert cleomenes ī libro qui pedagogus inſcribit:neceſſarios ſuos illū redimere uoluiſſe:illum uero eos fatuos dixiſſe. Neque enim leones ſeruos eẽ nutrientiū:ſed ecõuerſo illos ſeruire leonibus. Nam ſerui timere ẽ:feras uero hoībus terrori eſſe. Erat aūt uiro mirabilis perſuadendi uis:adeo ut quenlibet oratione facile caperet. Fertur denique Oneſicratus quidam æginenſis athenas miſiſſe alterum ex duobus liberis ſuis Androſthenem nomine eumque cum audiſſet Diogenem illic perſtitiſſe:miſiſſe itidem quem prædixeramus Philiſcum qui erat maior natu:ipſumque ſimiliter detentum fuiſſe. Tertius uero ipſe adueniſſe:atque una cum filiis philoſophatus eſſe : tanta Diogenis ſermonibus ſuauitas inerat. Audiuit ipſum & Phocion qui cognominatus eſt bonus : & Stilpo megarenſis:& complures alii

ciuiles uiri. Fertur nonagita ferme annorũ obiſſe diẽ. Porro de ipſius morte ua ria habetur opinio. Sunt enĩ qui dicãt illũ cum bouis pedem crudũ comediſſet bilem incurriſſe: atq ex ea fuiſſe defunctum: Alii uero cõtinuiſſe ſpiritũ: atq ita expiraſſe: ex quibus ẽ Cercidas megalopolita ſiue cretẽſis in meliambis ſic.

Quidem ſinit non ante ſinopeus ille
Gerens bacillum duplicis ueſtis lator.
Paſcens in æthere dentibns labra admouens.
Et ſpiritum mordens qui obiit erat uere
Iouis Diogenes ſtirps: caniſq cæleſtis.

Alii dicunt cũ polipũ canibus ptiri uoluiſſet: morſum in cruris neruo accepiſſe: ac ex eo defuctum eſſe: ipſius tamen neceſſarii ut in ſucceſſionibus ait Antiſthe nes: id potius approbant q ſpiritum cõtinẽdo animã exhalauerit. Degebat eni ĩ cranio: id autem erat gymnaſium ante corinthum. Cũ uero ex more familiares ſui adeniſſent. pallioq obuolutum deprehenderẽt: non illum dormire arbitra‑ ri: erat qppe minime ſõnolentus: ſed ex inſtituto ſuo durare peruigil conſuetus reuellato pallio animam eflaſſe iuenerũt: ſuſpicatiq ſũt illum hoc feciſſe deſide rio migrandi ex uita. Hinc ut aiunt inter eos quis eũ ſepeliret oborta ſeditio fe‑ re ad cõſerendas eos pduxit manus. Aduenictibus autẽ patribus illorũ atq pri‑ matibus ita ſedata diſcordia ſepultum eſſe tradũt iuxta portã que ĩ iſthmũ fert. Erigẽtes autẽ ſuper illius tumulũ columnã: canẽ deſuper ex lapide pario ſculpſe rũt. Poſtmodũ & ipſius ciues æreis illum ſtatuis honorarunt ita inſcribentes. Se neſcet tẽpore qdem hoc æs: ſed tua ſane Diogenes gloria non oboleſcet oĩbus ſæ culis. Nam uitæ gloria mortales illuſtraſti: facileq uiuẽdi uiã prætuliſti. Eſt idẽ de eo tale epigramma carmine proceleumatico

Diogenes age loquere rogo ego quæ te mors
Excepit in acherontis domum: canis acerbitas mordicus.

Aiunt qdã illũ dum moreref mãdaſſe ĩſepultũ proiici cadauer: ut omnes beſtiæ participes ipſius eſſent: ſiue in foueam ſuperiecto modico puluere iniicerẽt. Alii autem in eliſſum ſe ĩmitti uoluiſſe tradunt: ut eſſet fratribus utilis. Demetrius autẽ ĩ æquiuocis ait eadem die Alexãdrũ babyloniæ: Diogenẽq corĩthi uita fũ ctos eſſe. Erat autẽ ſenex Olymphiade. cxiii. Feruntur eius iſta uolumina. Dialo gi capitulo℞. Ichthyas: cornix: pardus: plebs: atheniẽſiũ reſpu. ars moralis: de di uitiis: amatorius: Theodorus: Hypſias. Ariſtarchus: de morte. Epiſtolæ. Tragœ diæ. vii. Heléa: Thyeſtes: Hercules: Achilles: Medea: Chryſippus. Oedippus. Por ro ſocrates in primo ſucceſſionũ: & ſatyrus in quarto de uitis nihil eſſe Dioge nis affirmant. Tragœdiolas aũt ait ſatyrus Philiſci æginẽſis eẽ diogenis diſcipu li. Sotion autẽ ĩ ſeptimo hæc ſola diogenis eſſe ait: De uirtute. de bono. Amato rium pauperẽ. Tholomæum. Pardum. Caſſandrum. Cephalionẽ. Philiſcũ. Ari ſtarchum. Siſyphum. Canymedẽ. de uſu. Epiſtolas. Fuerunt autẽ quĩque dioge nes. Primus apolloniates phyſicus. Eius autem ſcriptorum iſtud initium fuit. Quodcũq dicere aggrediẽti operæ precium eſſe uidetur initiũ irrefragabile po nere. Secũdus ſicyonius qui pelopõneſiaca ſcripſit: Tertius hic ipſe. Quartus ſtoi

cus ex ſeleucia:appellatus eſt autẽ babylonius ob uicinitatẽ. Quintus tarſenſis q̃ de quæſtiõibus poeticis ſcripſit:quas etiã ſoluere nitit̃. Hũc uero philoſophũ Athenodorus ĩ q̃nto deãbulationũ ait q̃ ungi ſolitus ſit:lucidũ ſemp̃ eẽ uiſum.

Mominus ſyracuſanus.

MOminus ſyracuſanus Diogenis quidẽ diſcipulus:famulus uero menſarii cuiuſdam corinthii fuit:ut Socrates tradit. Ad eũ Xeniades qui diogenẽ emerat:frequens pergebat:uirtutẽq́ ipſius operum atq́ ĩ dicẽdo uim prædicans. Mominum in uiri pellexit amorem. Ille eñi cõtinuo ſimulata ueſania abiicere monetam omnẽq́ menſæ pecuniam cœpit:donec a domino repudiatus cõtinuo ſe ad Diogenem contulit. Aſſecutus ẽ autem & Cratẽ cynicum ſæpius cæteroſq́ id genus ſtudioſe conſectatus. Qua ex re factum eſt ut eum dominus ſuus adhuc magis inſanire putarit. Fuit autẽ uir eloquens & doctus:adeo ut Menãder comicus ipſius mentionem fecerit in quadã comœdia ſic de eo dicens:Mominus uir quidã fuit o iphilo ſapiẽs ignobilis modico qui peram geſſit:peras ergo tres: Sed & imaginis uerbo edixit ſimile nihil ei eſſe p̱ Iouẽ quod dictũ eſt:noſce te ipſum:neq́ his quæ ſunt in laude:ſed ſuper hæc oĩa mendicus ille & ſordidus. Nam quod reliquũ eſt omne faſtum eſſe ait. Adeo uero grauis tantaq́ cõſtãtia fuit:ut cõtempta gloria ſolam ueritatem appeteret. Scripſit ãt ludrica ſẽtẽtiis ſeriis p̱mixta:de appetitõibus duo:& exhortatorium.

Oneſicritus.

ONeſicritũ alii quidẽ æginenſem tradũt. Porro Demetrius magneſius aſtipalenſem fuiſſe ait: & hic ex Diogenis ludo p̱batiſſimus. Videt̃ autẽ quiddam habere ſimile cũ Xenophõte. Ille quippe cum Cyro:hic cũ Alexãdro militauit. Ille cyri pædian:hic alexãdri ſcripſit initia. Ille cyri:hic alexãdri p̱ſeq̃tur laudes. Eſt ãt & ſtilus utriuſq́ ſimillimus:niſi inq̃tum q̃ tranſcribitur ſecũdũ ab exẽplari eſt. Fuit & Menander diogenis diſcipulus cognomento. Drymus homeri admirator:& Hegeſæus ſinopæus Cloeos cognominatus:& Philiſcus æginenſis quem prediximus.

Crates thebanus

CRates Aſcondii filius thebanus ipſe quoq́ inter ſapiẽtiſſimos Diogenis diſcipulos fuit. Cæterũ Hippobotus non Diogenis ipſũ fuiſſe diſcipulũ ait:ſed bryronis achiui iſta ferũtur ludicra. Pera quedã ciuitas eſt in medio nigro typho pulchra & pĩguis circunfuſa nihil habens:ad quam nemo uir nauigat:neq́ qui ſtultus paraſituſq́ ſit neq́ auidus meretricis:obſceniſq́ exultans operibus:ſed animũ atq́ allia fert & ficus & panes:de quibus ĩuicẽ non certãt:neq́ ſumũt arma pecuniæ aut gloriæ gratia. Eſt & Ephemeris hæc habens illa uulgatiſſima. Apponit coquo minas decẽ:medico dragmam:aſſentatori talenta quĩque:conſiliario fumum:meretrici talentum:philoſopho triobolum. Vocabatur aũt & thyrepa noectes q̃ ĩ oẽm ingrederetur domũ:& corriperet. Eſt eius & illud:hæc habeo quæ didici:& quæq́ curaui:atq́ me diuæ docuerunt munera muſæ:q̃q́ ex philoſophia fuiſſet adreptus lupinorum chænicem:& nullius rei curã. Fertur eius & illud. Amorem ſe

dat fames: ſin minus tẽpus:eis uero ſi uti nõ uales:laqueus.Floruit maxime cir/
ca cẽteſimã & tertiãdecimam olympiadẽ.Hunc ait Antiſthenes ĩ ſucceſſionibus
cũ ĩ tragœdia quadam cerneret Telephum ſportulã tenentem aliaſq; opulentũ:
ad cynicã philoſophiam prexiſſe:illumq; patrimonio uendito: erat quippe uir
nobilis:cum aggregaſſet plus q̃ ducẽta talẽta:ciuibus ea dimiſiſſe:adeoq; conſtan
ter philoſophatũ eſſe:ut & Philemon comicus ipſius mẽtionem fecerit:Ait nẽ/
pe æſtate quippe habuit palliũ craſſum ut ſe cõtineret: hieme autẽ pãnum.Re/
fert aũt Diocles perſuaſiſſe ſibi Diogenẽ ut peculium dimitteret: ac ſi quid pecu
niæ haberet iactaret ĩ mare.Atq; Cratis quidem domus ab Alexãdro:hippchiæ
uero a Philippo:Quoſdã ex ꝓpĩqs ad ſe uenientes atq; auertere ab ĩſtituto moliẽ
tes ſæpenũero baculo perſequebať cõſtãſq; ꝑdurabat.Porro Demetrius magne
ſius ait depoſuiſſe illũ pecuniã ad trapezitam:ea cõdictione ut ſi quidem filii idio
tæ eẽnt:eam illis redderet:ſin autẽ philoſophi: plebi diſtribueret: nihilo quippe
egere philoſophos:Erathoſtenes autẽ refert:cũ ex hippchia de q̃ dicemus:natus
ſibi eſſet filius Paſicles noĩe:eum iã adultum ad ancillæ adduxiſſe domum ac di/
xiſſe:hoc ei paternum eſſe matrimonium.Cæterum mœchorũ exilia & cædes
tragicorũ eſſe præmiũ:eos uero qui ſcortis cõgrederentur comicorũ:quippe ex
luxu & ebrietate inſaniam gigni.Huius frater Paſicles fuit Euclidis diſcipulus:
eius facetum quidpiã fauorinus in ſecũdo cõmentariorum refert.Ait enim pro
quodam deprecans gymnaſii principem eius ilia tetigit.illo indignante:quid enĩ
ait nõne & iſta tua ſũt ſicut & genua:Dicebatq; poſſibile nõ eẽ ĩueniri qui lapſus
non ſit:ſed ueluti in malo punico granum etiam aliquod putridum eſſe. Cum
Nicodromũ cytharœdũ irritaſſet:cæſus ĩ faciẽ eſt.Cartulam itaq; ĩponens frõti
ĩſcripſit.Nicodromus fecit.Scorta ex ĩduſtria ĩſectabať maledictis:una & ſe ipſũ
exercẽs ad ꝑferenda cõuicia.Demetrio phalereo qui ſibi panes ac uinũ miſerat ex
probrabat dicẽs:utinam & fõtes panes ferrẽt.Cõſtat igitur aquã bibiſſe.Ab athe
nienſibus ciuilis iuris peritis arguebatur cur ſindone amiciretur: q̃bus ille Theo
phraſtum inquit oſtẽdam uobis opertũ ſindone:non credẽtibus ĩduxit illos in
tõſtrinã ubi ille tondebatur:oſtẽditq; lino coopertũ.Cũ thebis a prĩcipe gymna
ſii flagris cæſus eẽt:ſiue ſecũdũ alios corĩthi ab Eutycrate: ac pede traheretť :ride
bat dicẽs:Me pede diuino extendens protrahe uelo.Diocles autem pertractũ eũ
a Menedemo eretrieñſi teſtatur:Nam cũ eſſet decorus & Aſclepiadi phliaſio uſui
eſſe uideretur:tetigit Crates illius coxas dicẽs ĩtus Aſclepiades :qua ex re ĩdigna
tũ Menedemũ traxiſſe illũ :idq; eũ dixiſſe.Zeno uero cittieus ĩ libris de uſu pellẽ
ouis quoq; ĩſuiſſe palliũ refert :ut eẽt ĩformior .erat autem & facie turpis:& cũ
ſe exerceret ridebatur.Solebat autẽ ſublatis manibus dicere confide Crates pro
oculis & corpore reliquo.Hos autẽ uidebis irriſores iamiam ex morbo contra/
hi te beatum dicere:ſe autẽ ocioſitatis arguere.Dicebat autẽ tamdiu philoſophã
dum eſſe quoad uideantur duces nobiles eſſe aſinarii.Deſertos dicebat qui cum
aſſentatoribus eſſent:non ſecus ac uituli cum ĩter lupos ſunt:neq; enim cum il/
lis propinquos:neq; cum his eſſe:ſed inſidiatores.Cum aũt ſẽtiret ſe morti pro/
ximũ:ĩſpiciebat ſeipſũ dicens:perge iam amice perge ad ĩferni ſedes ſtatu ob ſeni

um curue. Erat quippe ex ſenectute curuatus: Alexādro rogante num uellet re/ſtitui: ac refici patriam ſuam: quid ait opus eſt? rurſus enī fortaſſis Alexander eā alius diruet. Habere ſe patriā cōtēptū gloriæ & paupertatem fortuna nunq̄ caſu ra bona: diogeniſq; ciuem eſſe inuidiæ inſidias non metuētis. Meminit ipſius & Menander ī geminis dicēs. Mecū enī ābulabis pallio amicta: ſicuti cū Crate cyni co quandoq; cōiunx: & filiā tradebat illis ut ip ſe ait: ꝓbationi triginta īductis di ebus diſcipuli eius.

Metrocles.

M Etrocles Hipparchiæ frater cum prius audiret Theophraſtum peri/patheticum adeo corruptus erat: ut cum ſæpe inter differendū crepi/tum uentris emitteret: præ angore animi domi incluſus moraretur continere uolens: Hoc agnito Crates ingreſſus eſt ad eum conſolatu/rus: ac lupinis ex induſtria uoratis perſuaſit quidem illi primum uer bis nihil mali feciſſe: fore quippe prodigium ſi nō & ſecundū naturam flatum emitteret. Tum uero & ipſe in huiuſmodi crepitū erumpēs illum ex ſimilitudi/ne operis erexit. Hic ipſius iam auditor fuit: euaſitq; uir in philoſophia eminēs: Hic libros ſuos ut ait Hecaton in primo uſuum cōbuſſit dicēs. Sunt iſta ſomnio rum phantaſmata ueluti deliramenta. Sunt qui Teophraſti cōmētaria quæ ex illius ore percepat: cōbuſiſſe ferant: ac dixiſſe. Vulcane celer age: nihil hic tui indi get thetis. Res docebat partī emi pecunia ut domum: partim tēpore & diligen/tia ut diſciplinas liberales: diuitias nocere niſi q̄s eis digne utatur. Obiit ſenex a ſeipſo ſuffocatus. Porro diſcipuli eius fuere Theombrotus atq; Cleomenes. The ombroti auditor fuit Demetrius alexādrinus: Cleomenis aūt Timarchus alexā drinus & Echecles epheſius: q̄ & ipſe Theombrotū audiuit: a quo Menedemus: de quo poſtea dicemus. Fuit īter illos īſignis & Menippus ſinopeus. Incidit aūt ī illorū retia Metroclis quoq; ſoror Hipparchia.

Hipparchia

H Ipparchia Metroclis ſoror: erant autē maronite ambo. Amabatur ro & Cratis uitam atq; uerba: neque ulla oīno procorum excellen tia potuit auelli: nō opibus: non nobilitate: nō pulchritudine: ſed hæc omnia ſibi Crates erat: parentibuſque minebatur ſeipſam ni/ſi huic traderet̃ necaturā. Cum igitur Crates a parētibus puellæ ro garetur: uti ab hoc illā ꝓpoſito auerteret: Poſtq̄ ægit oīa nec perſuaſit: exurgens oī ſua ſupellectile āte illius oculos expoſita: hic ait ſpōſus: hæc eius poſſeſſio ē: ad ad hæc d̄libera. Neq; .n. eē nr̄i cōſors poteris: niſi eadē ſtudia attigeris. Elegit cōti/nuo puella: ſūptoq; illius hitu una cū uiro circuibat: & cōgrediebat̃ ī apto: atq; ad cœnas ꝓficiſcebat̃. Quo tp̄e & ad lyſimachū ad cōuiuiū uenerūt: ubi & Theodoꝝ īpiū coarguit ſophiſma huiuſmodi obiiciēs. Quod faciēs Theodorus īiuſte age re nō diceret̃: id Hippchia ſi faciat: facere iiuſte nō dicet̃. Theodorus āt ſeipm̄ fe/riens iniuſte non agit: ne Hipparchia quidem Theodorum cædens iniuſte agit. Tum ille ad id quidem mīme reſpondit: ſed illius pallium traxit. Sed neq; terri ta neq; perturbata Hipparchia ut mulier eſt: Verum & dicente ſibi illo. hæc eſt q̄ textrini reliq̄t radios. Sum equidē inq̄t theodore: ſed nū tibi male d̄ meipa ſta/tuiſſe uideor: ſi tp̄s qd̄ ī textrīo cōſūptura erā diſciplinæ potius īpēdi? Hæc & alia īnumera de philoſophāte fœmina dicūtur: Fertur & Cratis epiſtolarum liber in

quibus præclare philoſophatur. Stilus ipſe ſæpe Platoni ſimilis uidetur. Scripſit & tragœdias altiſſimo philoſophiæ ſtilo: quale illud eſt: Non una patriæ mihi turris non una tecta: ſed terræ omnis & ciuitas & domus parata nobis: modo uiuere detur. Obiit uetulus: atque in boetia ſepultus eſt.

Menippus phœnix.

m Enippus & ipſe cynicus patria quidē phœnix: cōditiōe ſeruus fuit: ut ait Achaicus in ethicis. Diocles autem dominū ipſius & pōticū fuiſſe: batonemque uocatum tradit. Cū uero præ cupiditate importunius peteret: thebanus fieri ualuit. Edidit qdē dignū memoria nihil. Porro ipſius libri multo riſu referti ſunt: non ſecus atque Meleagri qui tempore ſuo fuit. Refert Hermippus diurnum fœneratorem fuiſſe: uocatūq; Hemerodaniſtē. Nāq; nautica uſura fœnerari conarique ut pecunias complures cogeret: Tandem īſidias perpeſſum oībus priuatum eē; ac præ mœrore laqueo ſibi uitā extorſiſſe. Et nos luſimus in ipſum.

Eſt canis in creta quanuis ſit patria phœnix
 Triſtia qui tota fœnera luce dabat
Iſtum nouiſti ſed uos fortaſſe Menippum
 Nam canis hic ſolū nomine notus erat.
Omnibus hic nocuit thebis ut foſſa fuiſſet
 Penderet laqueis ſi bene nota canis.

Quidam eius libros nō ipſius eē ſed Dionyſii & Zophiri colophoniorꝝ tradūt: qui iocādi cauſa conſcribentes ei ut diſponere idoneo dederunt. Fuerunt autē Menippi ſex. Primus qui de lydis ſcripſit: Xantūque breuiauit. Secūdus hic ipſe. Tertius ſtratonicus ſophiſta. Quartus ſculptor. Quītus & ſextus pictores: utroſque memorat apollodorus. Cynici autem uolumina tredecim ſunt. Neniæ: teſtamenta: epiſtolæ cōpoſitæ ex deorum perſona ad phyſicos & mathematicos grāmaticoſque: & epicuri fœtus: & eas: quæ ab ipſis religioſe coluntur imagines: & alia.

Menedemus.

m Enedemus Coloti lāpſaceni diſcipulus fuit. Hic ut ait Hippobotus intantū ꝑdigioſæ ſupſtitiōis uenerat ut ſumpto hītu furiæ circūiret: dicēs ſpeculatorē ſe ex īferno ueniſſe peccātiū: ut iterato deſcēdens hæc ibi dæmonibus renūciaret quæ uidiſſet. Veſtis hæc erat pulla tunica talaris: aſtricta pūiceo balteo: pilleus arcadicus capiti īpoſitus hēns ītexta elemēta. xii. cothurni tragici: barba ꝑlixa: uirga ī manu fraxiea. Atq; iſtæ qdē uitæ ſūt ſinguli cuiuſq; cynicorꝝ. Subiiciēda nūc & quæ cōmuniter illis uiſa ſūt: ſiqdē & ſectam hāc philoſophiæ eē iudicamus: nō ut qdā uolūt cōſtātiā uitæ. Placet ergo illis rōnalē naturalēq; philoſophiā tolli oportere ab Ariſtone chio nō diſcedētibus: moraliq; ſoli ītendi: qđq; pleriq; Socrati: hoc Diocles Diogeni īſcribit: hūc aſſerēs dixiſſe inquirendum quid nobis boni malique domi ſit. Repudiant & diſciplinas liberales: Denique neque diſcendas litteras dixit Antiſthenes ne frugi effecti peruerterentur alienis. Tollunt & geometriam & muſicam: & cætera id genus. Nempe enim & Diogenes cuidam

oſtendenti ſibi horoſcopium: utile ſane iuentum ait ne priuemur cæna: ad eũ uero qui muſicam ſibi præferebat ait: Nam uirorum ſententiis bene ſe habent urbes atque domus non cantibus nec pulſibus. Placet eis & finem eẽ ſecũdum uirtutem uiuere: ut Antiſthenes ait in Hercule: ſimiliter ut ſtoicis. Nam ſocietas quædam eſt inter has duas ſectas: unde & cyniſinum dixere breuem uiam: atq; ita uixit & Zeno cittiæus. Placet item eis ſimplex & parabilis uictus: quippe qui ſobriis cibariis utunť & ſolis palliis: diuitias gloriam nobilitatemq; contéñunt. Itaq; plerũque herbis & aqua tantũ frigida utunť: operimentiſq; fortuitis & doliis: ſicuti Diogenes: qui dicebat deoꝝ eẽ ꝓprium nihil indigere: eoꝝ uero qui diis eſſent ſimiles minimis egere. Virtutem dicunt eſſe docibilem: ut i herculem ait Antiſthenes: eſſeq; minime reiiciendũ: ſed ſtudioſe colendum: ac ſine peccato ſapientem & ſimili amicũ. fortunæ quoq; nihil permittendũ. Quæ uero inter uirtutem & uitia ſunt æque: ut Ariſtochius indifferentia appellant: & iſti quidem cynici fuere. Veniendum iam ad ſtoicos: quorum prĩceps fuit Zeno Cratis diſcipulus.

## Diogenis Laertii de uitis philoſodhorum Liber ſeptimus.

### Heno Cittiæus.

Eno Mnaſiei ſiue Demei filius cittiæus ex cypro græca ciuitate phœnicibus frequenter accolis: collo fuit in alteram partem ĩclinatiore: ut refert Timotheus atheniẽſis in libro de uitis. Apollonius aũt tyrius gracili corpore ſtatu procero & atra cute fuiſſe illũ auctor ẽ. Vnde illum quidam ut Chryſippus ĩ quĩto ꝓuerbioꝝ ait: ægyptium palmitẽ dixit. Crura habuit turgida & imbecilla & ĩfirma. Idcirco & Perſeus in cõmentariis cõuiualibus ipſum refert cõplures cœnas declinaſſe. Veſcebať perlibenter ficubus recentibus atq; ad ſolẽ paſſis: Auditorq; ut dictum ẽ Cratis fuit. Deinde Stilponem etiã audiſſe & Xenocratem decẽnio perpetuo non deſunt qui affirment: ſicuti Timotheus in dione: Polemonis itidem frequentaſſe auditorium. Porro Hecaton & Apollonius tyrius in primo de Zenone libro ſcribit: cũ oraculũ cõſuluiſſet: quo pacto uiuere optime poſſet reſpõdiſſe deũ: ſi mortuis colore concors eẽt. Quod ille cũ intellexiſſet: ſe ad legendos antiquorum libros magno contuliſſe ſtudio. Denique Cratis hoc modo familiaritate uſus eſt. Purpuram ex phœnice mercatus aduectans ad piræũ naufragium fecit. Ea iactura ſubtriſtior factus athenas aſcendit annos triginta natus: ſeditq; penes librorum uenditorem. Legente autem illo ſecundum Xenophontis commentarioꝝ delectatus ille & iã lætior ſciſcitari pergit: ubinam eiuſmodi uiri morarentur. Opportune tunc prætereunte Crate: digito illum bibliopola oſtendẽs hũc inquit ſequere. Ex eo iam cratis auditor erat. Alias quidem aptiſſimus ad philoſophiam: ueꝝ uerecũdior q̃ ut ſe ad impudentiam cynicam conferre poſſet. Id ubi animaduertit Crates: curare etiam in hoc illum ſtudens ollam lenticula refertam dedit: ut per ceramicum ferret. Cum autem

uideret pudeſcere illū atq; uerecūdari: baculo ictā ꝑfregit ollā. Illo fugiente & lenticula ꝑ crura defluente: quid īquit fugis puniceolū: nihil mali paſſus es. Aliquādiu igiť audiuit Cratem: quo tēpore cum ſcripſiſſet de repub. quidā iocantes aiebant ī cauda canis illū ſcripſiſſe. Præterea ſcripſit & iſta. De uita ſecūdum naturā. de appetitu: ſiue de hoīs natura. de perturbatiōibus: uel de uitiis. de officio. de lege. de græca peritia. de aſpectu. de toto. de ſignis: ſiue đ notis: Pythagorica uniuerſalia. de dictionibus. Problematū homericoꝝ. v. de poetica auditione. Eſt ipſius item & ars & ſolutiones & argumenta. ii. cōmētaria Cratis moralia. Atq; iſti quidem libri eius ſunt. Poſtremo diſceſſit: & quos prædiximus audiuit ad uigīti annos: ubi & illū dixiſſe ferunt. Tunc ſecūdis uentis nauigaui quando naufragium feci. Alii ſub Crate hoc dixiſſe aiūt: Quam bene fortuna fecit: quæ nos philoſophiæ applicauit. Alii dū athenis diuerſareť audito naufragio dixiſſe illū ferūt: Recte ſane ægit fortuna quæ nos ad philoſophiam īpulit. Quidam depoſito athenis onere ſic demū ad philoſophiam fuiſſe conuerſum. Vertens igiť ſe ad porticum uariā quæ & peſianacta appellabať: ex uaria & multæ ſcientiæ pictura polygnoti orationē formabat uolens & locū illū ſtabilē facere: nulliſq; ſeditionibus ultra uiolabilē. Nāq; ad mille quadrigentos trigīta ciues ibi fuerāt necati. Eo igiť ad illū audiendū diſcipuli iā cōfluebant: atq; ideo ſtoici uocati ſunt etiam qui ab ipſo antea zenonii appellabāť: ut epicurus ī epiſtolis ait. Siqdem & ante illū ſtoici q ī illa morabanť: poetæ dicti erāt: ut ait Eratoſthenes ī octauo de antiqua comœdia: a qbus multū incremēti ea appellatio accepit. Enimuero ſūmo in honore apud athenienſes habebať Zeno: adeo ut urbis ac mœniū apud illū claues deponerent: coronaq; aurea & ærea imagine honorarent. Hoc aūt & ciues ipſius feciſſe ferunt magno ſibi ornamento fore uiri imaginem exiſtimantes. Amplectebanť illū & ſydonii cittiæi. Suſcipiebat illū & Antigonus: & ſi quādo athenas cōtendiſſet: auditor eius erat: multūq; orabat ut ſe ad eū cōferret. Id ille quidē facere renuit. Cæterū Perſeum unū ex familiaribus miſit Demetrii filiū genere cittiæū: qque olympiade. cxxx. florebat: Zenone iā ſene. Eſt aūt hic textus æpiſtolæ Antigoni: ut refert Apollonius tyrius in his quæ de Zenone ſcripſit.

Rex Antigonus Zenoni philoſopho ſalutem.

EGo fortuna me quidē & gloria uitā tuam anteire exiſtimo. Cæterū diſciplinis ſtudiiſque liberalib; & ꝑfecta fælicitate quam tute poſſides: longe abs te præcelli ſentio. Quocirca te orare ſtatui uti ad me ꝓficiſcaris: id mihi ꝑſuadens te preces meas minime irritas fieri paſſuꝝ. Tu igiť modis oībus enitere ut tuo cōtubernio fruamur: hoc ꝑ certo hēns: te nō mei tantū: ſed oīum ſimul macedonū eruditorē fore. Nā q macedōiæ regē erudit: atque ad uirtutē ībuit: eū & ſubditos quoſque īſtruere ad fortitudinē & ꝓbitatē certū ē. Nam cuiuſmodi fuerit dux: tales ut plurimum ſubditos fieri neceſſe eſt. Vale. Ad hæc Zeno ita reſpōdit

Zeno Antigono regi ſalutem.

a Mplector tuū maxime diſcendi ſtudium: ꝙ ueram: utilem atque neceſſariam: nō popularē: & quæ ad ꝑuertendos mores tēdit: eru

ditioné apprehédere inſtituis. Qui enim philoſophiæ amore ac ſtudio tenetur: declinatque celebré illá & uulgarem uoluptatem: quæ quorundam adulescen/tulorꝫ aíos efœíat: cū nō natura mō nobilitaté tueri: uerꝫ quidé uirtutis quoq; iſtituto manifeſtū eſt. Porro liberali ac nobili ingenio ſi adiiciat modica exerci/tatio: neque deſit præceptoris copia: mature ad pfectá uirtutis euadit frugé. Eg/dem niſi ſenectus mihi obſiſteret: ſum eni octogenarius: corpuſque præterea inualidū: ipſe ad te pgerem: ut iubes. quia uero id nō datur: quoſdam ex contubernalibus meis ad te mitto: qui aī bonis me minime inferiores ſunt: & corpo/ris etiá cōmodis exuperant. His ſi tu ſtudioſe cōgrediare: nihil quod ad ueram ptinet beatitudiuem deſiderabis. Vale. Miſit aūt perſeum qué prædiximus thebanūque Philonidam. Vtriuſque horꝫ Epicurus mētionem facit ī epiſtola ad Ariſtobulū fratrem: cōgreſſoſque Antigono memorat. Placuit atheniéſiū quoque de illo decretū: quoniam é memorabile ſubnectere. Eſt aūt huiuſmodi de/cretum. Arrenida principe acamādis tribus quinto magiſtratu memacterionis decima magiſtratus tertiadecima præſidétiū concio rata decreuit Hippio crati ſtotelis Xypeteō & cæteri primarii. Thraſo thraſonis filius anaclicus dixit. Quoniam Zeno Mnaſei filius cittiæus cōplures annos ī ciuitate philoſophe uerſa/tus é: atque ī omnibus uir bonus eē perſtitit: ac iuuenes qui ad illum diſciplinæ cauſa conuenerunt ad uirtutem & frugalitaté exhortando: ad ea quæ ſunt optima incendit: uitam ſuam uerbis ac doctrinæ ſuæ conſentaneá exéplar omnibus proponens: bona fortuna uiſum eſt plebi laudare Zenonem Mnaſei filiū cittiæum & aurea corona coronare ſecundum legem uirtutis ac tépantiæ gratia: præ/tereaque conſtruere illi ſepulturam in ceramico. Publicæ coronæ autem facié/dæ exædificandique tumuli plebem iam quinque uiros ex athenienſibus eligere qui curam habeant. Decretumque hoc ſcribam Plebis inſcribere columnis duabus: licereque ſibi alteram in academia: alteram ī lycio ponere. Sumptus uero columnarum diſtribuere eum qui negociis præeſt. Vt omnes intelligát athenienſium plebem bonos uiros & uiuos & defunctos honorare. Ad huiuſmodi autem ſtructuram electi ſunt Thraſo anacieus: Philocles piræeus: Phædrus anaphlyſtius: Melon acharneus & Micythus ſypalleteus. hoc exemplar decreti fuit. Refert autem Antigonus caryſtius ipſum ſe non negare cittiæum. Nam cum unus eorum e numero fuerit atque in columna deſcriptus ſit: qui ad lauacri ſtructuram contulere in ſtatua Zenonis philoſophi: ut etiam cittiæus adii/ceretur orauit. Cum uero feciſſet aliquando uaſculo cauum operculum: cir/cunferebat pecuniam: ut Crates præceptor promptum haberet ac paratum neceſſarium uictum. Aiunt illum pluſquam mille talenta habuiſſe cum uenit in græciam: eaque nautice fœnerari ſolutum. Edebatque modice panem: & mel: & ſuauis uini paululum bibebat. Pueris ſemel fere aut bis uſus eſt: & ancillula quadam ne ſexum odiſſe uideretur. Eandem quoque domum ipſe: & perſeus una habuit. Is cum aliquando tibicinam mulierem ad eum induxiſſet: ab ſe rapta ad perſeum abduxit: eratque ad illū aditus facilis: neque ipe difficile quo gſq; uellet circūducebat adeo ut ſæpe apud eū Antigonus cænaret rex: atq; ad

Ariſtoclen cytharœdum ad conuiuium cum illo una pergeret. Senſim tamẽ id euitaſſe traditur:ac declinaſſe ne nimis eſſet popularis:adeo ut in ſũmo gradu cõſideret:deuitãs uel alteram ꝑturbationis partem:neq; uero cũ pluribus q̃ duobus uel tribus ãbulabat.Quibu ĩdã uero ut Cleãthes ait in libro de ære iube/bat æs dare circũſtantes:uti ne ſibi moleſti eſſent.Pluribuſq; circũſtãtibus oſtẽdens in porticu in ſũmo ligneã aræ circũferentiam:hec ait aliquãdo in medio erat expoſita:qa uero impedimẽto erat:ſeorſum poſita ẽ:& uos igitur uoſmet ex medio tollentes minus moleſtiarum nobis adibebitis.Demochare autẽ La/chetis filio ſalutante illum ac dicente ſi qd opus hẽret:dicturũ ſe ac ſcripturum Antigono præbituro oĩa:indignatus cõtra illi congreſſus nõ eſt.Fertur autem poſt Zenonis mortem Antigonum dixiſſe: quale ſpectaculum perdidi. Vnde & atheniẽſibus per Thraſonem legatum ut in ceramico illi ſepulturã facerẽt petiit.Interrogatus aũt cur illũ adeo admiraret̃:quia ĩquit cũ illi a me multa & magna ſæpe data ſint:nunq̃ emollitus eſt:neq; humilis apparuit.Erat aũt & ad ĩquirendũ ſolers:ſubtiliſq; in oĩbus ac diligens ĩ diſſerendo. Vnde & Timon in ſillis ait.Et phœnicẽ uidi auiculã in adũbrato faſtu cunctoꝝ auidã. Fluebat autẽ eius ſenſim ſemẽ:mentẽq; cælo habuit minorẽ. Diligẽter aũt & accurate cũ Philone dialectico ſe exercebat:atq; una uacabat.Vnde nõ minori admirationi apud iu/niorẽ Zenonẽ eſt habitus q̃ Diodorus præceptor eius.Erãt cũ ipſo & nudi qdã & ſordidi hoĩes ut ait Timon:ubi paupeꝝ cõgeſſit nubẽ qui oĩum erãt egentiſſimi leuiſſimiq; ciuiũ uiri.Enimuero geſtus ipſius ſubtriſtior grauiſq; & acer fuit Vnde & rugabat frõtẽ & ora contrahebat.Vili præterea ualde apparatu erat:& q barbaricã tenuitatẽ redoleret:idq; ſub prætextu frugalitatis faciebat.Si quẽ ob/iurgaſſet:circũciſe id ac breuiter:neq; nimiũ:ſed ueluti ex longĩquo faciebat:ut exẽpli grã de eo qui ſe nimio ſtudio cõponeret aliquãdo ait. Cũ enĩ ille uehiculũ quoddã lẽte ſegniterq; trãſcẽderet:merito inqt ſuſpectũ habet lutũ:neq;.n.ſe in illo ueluti in ſpeculo ĩtueri põt.Cũ uero cynicus qſpiã oleũ ſe in uaſculo non hr̃e diceret:atq; ab eo poſtularet:ſe minime datuꝝ aſſeuerauit:abeuntem uero ani/maduertere iuſſit:uter eſſet ĩpudẽtior.Amatorie aũt chremonidæ affectus ipſo & Cleãthe aſſidẽtibus ſurrexit:cũq; admiraret̃ cleãthes ait & medicos optimos audio dicẽtes:præclaꝝ eſſe ad tumores quoſq; remediũ quietẽ.Duobus in cõuiuio iuxta ſe recũbentibus cum is qui ſibi adiacebat inferiorem ſocium pulſaret pede:ipſe hunc pulſauit genu:Conuerſo illi qd ergo ait illũ abs te pati arbitraris qui ſub te eſt?Ad eum q pueros amabat:neq; magiſtros habere ſenſum ait ſi ſẽ/per inter pueros uerſentur:neque illos.Dicebat autem eruditorum ſermones & imperfectos alexandrinæ pecuniæ eſſe ſimiles. Nã gratos quidem oculis ac pictos monetæ ĩſtar:nihilo tamẽ idcirco eſſe meliores.Eos uero qui ſecus eẽnt: tetradrachmis atticis aſſimilabat:temere qdem ac ruſtice ĩciſis:ſed qui pictã orõnẽ ſuperare poſſint.Ariſtone aũt diſcipulo non ſatis uaniter multa:quædam etiam temere audaciterq; diſſerente: poſſibile non eſſet inquit ita dicere: niſi ebri/us te genuiſſet pater. Vnde ipſum etiam loquacẽ appellabat. Breuis ipſe in loq̃ndo & circũciſus.Edaci cuidã nihil obſonioꝝ ſotiis ĩter cõuiuãdũ reliquẽti appoſi

tum ingentē piſcem ſuſtulit:ſoluſq; comedere agreſſus eſt. Cū ille in eum intue-retur:quid ergo ait ſocios quotidie tolerare arbitraris:ſi tu meam edacitatē fer-re non uales? Adoleſcētem inſtantius q̄ per ætatem conueniret:quiddam īqui-rentē admoto ſpeculo iuſſit īſpicere.rogauit deinde num ſibi uideretur ei faciei cōgruere tales quæſtiones.Dicēte ſibi quodā Antiſthenis ſibi cōplura minime placere adducto in mediū Sophoclis teſtimonio:rogauit num ſibi bona quædā etiam habere uidet. Illo ſe neſcire dicente:non piget īquit ſi quid ab Antiſthene male dictū ſit:hoc indagare & memoriter tenere:ſi quid uero boni negligere ne-q; meminiſſe uelle? Cuidā breuia eſſe philoſophoꝝ dicta aſſerenti: uera inquit loqueris:oportet nēpe ſi fieri poſſit breues eſſe illorū & ſyllabas.Dicēte ſibi quo-dam de Polemone q; alia pponeret: & alia loqueretur:ſubſtomachās quāti enī īnqt faciebat quæ dabant. Operepreciū eē dicebat eū q diſputaret ī morē hiſtri-onū uoce uiribuſq; magnū eſſe:os tamen aperire nō immodice:quod ii faciunt qui plurima loquūtur quidē:ſed ea bene dicere non poſſūt: his qui bene dicerēt locū minīe relinquendū ueluti præclaris opificibus ad diſpiciendū: Cōtra uero auditorem ſic eis que dicūtur intentū eē oportere ut nō uacet illi ad notas faciē-das.Adoleſcenti loq̄ciori aures īquit tuæ ī linguā confluxere.Formoſo cuidam dicenti non uideri ſibi amaturū ſapientē:nihil ait uobis formoſis eſſet īfœlicius Dicebat & philoſophorū plurimos multis in rebus eſſe inſipientes:in puis for-tuitiſq; imperitos.Adiciebatq; Capheſii illud qui cū aīaduerteret quendam ex diſcipulis īflatū atq; turgidū percutiens dixit:non ſi magnus fueris: bonus eris: ſed ſi bonus magnus.Adoleſcēte quodā audacius loquēte:dicere inquit non po-ſum adoleſcēs quæ occurrunt mihi.Rhodio cuidam formoſo atq; diuiti: alias uero nihil idoneo cū uellet aperire ad philoſophiam aditum primo quidē ſuper gradus conciſos ſedere illū fecit:ut chlamidē fœdaret: poſtmodū uero in paupe-rū locū introduxit:ut inter pannos eorū uerſaret:poſtremo receſſit adoleſcens. Nihil faſtu eē indecentius dicebat:idq; cū in cæteris:tum in iuuenibus maxime. Monebat non circa uoces & uocabula memoriam ſed circa ītelligentiam mētē exercere oportere. Vti ne ueluti lixaturā quandā aſſumamus. Conuenire maxi-me iuuenibus dicebat in oībus uti ſumma honeſtate:habitu: īceſſu:amictu:ha-bebatq; ſēper ī ore Euripidis de napeo uerſus:q; opes quidem illi fuerint:ſed opi-bus elatus non inceſſerit:neq; plus faſtus habuerit q̄ egens uir.Dicebat ad perce-ptionem diſciplinarū nihil eſſe alienius poetica nulliuſq; nos rei maiorem īopiā perpeti q̄ temporis. Interrogatus quis eſſet amicus:alter inquit ego. Seruum in furto ui aiunt deprehenſum uerberabat:cumq; ille diceret:fatale mihi erat fura-ri:& cædi inquit:Pulchritudinē dixit uocis florem eſſe:alii uero pulchritudinis uocē. Cum familiarium cuiuſdā paruulū liuentē aſpexiſſet:uideo inquit ad illū tui furoris ueſtigia.Cuidā unguentis delibuto quis ait mulierem olet? Dionyſio cuidam quærenti cur ſe ſolum non corrigeret:quia inquit tibi minus credo. In-epta plurima loquēti aduleſcētulo idcirco inquit aures habemus duas & os unū ut plura audiamus:loquamur pauca. In conuiuio tacitus ſedebat: percontanti cauſam:nūtia īquit regi adeſſe quendam qui tacere ſciat.Qui autē interrogabāt

legati a Ptolomæo aduenerāt:& diſcere cupiebāt quid de illo regi nunciarent. In
terrogatus quonam eēt animo aduerſus maledicta: dixit ueluti ſi legatus abſq;
reſponſo remittatur. Refert Apollonius tyrius ꝙ cum Crates eum per pallium
a ſtilpone retraheret:dixerit o Crates aptiſſima philoſophorum capturaē quæ
fit per aures:perſuadens igitur trahe:quod ſi per uim egeris:corpus quidē apud
te ſed animus apud ſtilponē erit. Verſatū illum & cum diodoro Hippobotus au
ctor eſt:penes quē & dialecticæ ſtuduit. Iā uero proficiēs atq; prouectus Polemo
nis frequētabat auditoriū calcādi faſtus cauſa. Deniq; illum dixiſſe ferunt. Non
latet nos Zeno te per orti ianuas irripere furariq; dogmata:eaq; phœnicum tibi
more circūdare. Fertur cum dialecticus ſibi ſeptē ſpecies dialectices ϑεριζοντι.ī
ſermone demonſtraſſet:īterrogaſſe quidnam ſibi mercedis dari uellet: poſcēti-
q; centū ducentos dediſſe:tanto diſcendi amore tenebatur. Aiunt illum primū
καθηκον.i.officium uocaſſe librūq; de illo ſcripſiſſe. Heſiodi item uerſus mutare
ſolitū in hāc ſententiam. Optimus ille quidē qui paret rite docenti. Clarus & ille
quidē eſt qui ipſe cuncta dinoſcit. Præſtantiorē enim eum eſſe qui bene quod di
citur audire poſſit atq; eo uti: q̃ qui per ſeipſum omnia aſſequitur: huic enī ſolā
adeſſe intelligētiam:qui uero obtēperet ineſſe præterea & actum. Rogatus cur
ſeuerus cū eſſet:in conuiuio tamen hilareſceret:& lupini ait cum ſint amari: per
fuſi tamen aqua dulceſcunt. Porro Hecaton ſcribit in.ii.chriarum eiuſmodi con
ſortia non libenter admittere ſolitū : ac dicere melius eſſe pedibus q̃ lingua labi:
bene paulatī fieri non tamē paꝝ eē. hoc alii Socratis dicunt. Erat autem patien-
tiſſimus & ſimpliciſſimi uictus:crudiſq; tātū cibis utebatur & tenui pallio:ita ut
de illo diceretur:ꝙ eū neque ſæua hiems:nec gelidus imber:nō dura uis morbi
domuerit:neq; torridus ſol:non ut his quæ uulgo placent raperet̃ ſed ſtudiis al
tis:quibus ſolis intentus uigilaret die noctuq;. Comici tamen imprudentes hūc
dum uituperant laudant. Nāq; Philemon ſic comœdia philoſophis ait panis ca-
ricæ obſonio:& potui aqua philoſophiæ nouum hoc inuexit genus. Eſuriē do
cet:& diſcipulos capit: Alii Poſidippum putant. Iam uero ferme & in puerbium
tranſiit:dicebatur deniq; in ipſo philoſopho cōtinentior zenone: Sed & poſidip
pus in tranſlatis itaq; diebus decē Zenone continentius. Re enim uera oēs tran
ſcēdebat ea ſpecie & honeſtate magnaq; fœlicitate. Quippe nonageſimo octauo
ætatis ſuæ anno uita exceſſit incolumis atq; integer ac ſine morbo. Perſæus au-
tē in ſcholis moralibus ſeptuaginta duorum annorum migraſſe tradit ex uita.
affixerat.ait.n.illũ cũ ex troia remeaſſet apollini ſacraſſe ſcutũ iã putrefactũ ſolãq;

perdurare eburneam faciem. Vbi autem & hermotimus uita ſúctus eſt: Rurſus
in pyrrhú delíú piſcatoré migraſſe: illúq; oía memoraſſe ut. ſ. primú aæthalides
fuerit: poſtea euphorbus: deide hermotimus: ac poſtmodú pyrrhus effectus ſit:
ac deinceps poſt pyrrhú factú eſſe pythagorá: oíumq; meminiſſe: quæ prædixi/
mus. Plæriq; pythagorá nihil ſcripſiſſe tradút: ſed id ſtolide putát. Deniq; heracli
tus phyſicus aptiſſime de illo ita loquit᷑. Pythagoras mneſarchi filius ſe in hiſto/
ria reꝝ exercuit ultra oés hoíes: ſeligenſq; hæc ſcripta ſuæ ſapiétiæ multæq; peri
tiæ & artis documentú dedit. Sic aút locutus eſt quod cú de natura Pythagoras
ſcribere adorſus eſſet ita in prícipio dixerit. Nó per aeré qué ſpiro: nó ꝑ aquá quá
bibo nó admittá huius ſermonis uituperationé. Scripſit aút pythagoras tria uo
lumina: de íſtructóe: de ciuilitate: de natura: quod aút ueluti pythagoræ legit᷑: ly
ſidis tarétini pythagorici eſt: qui cú thebas ꝓfugiſſet epaminódæ præceptor fu/
it. Refert heraclides ſerapionis filius in ſotionis epitome ſcripſiſſe illum uerſus &
de toto ſecúdú ité ſacrú ſermoné cuius eſt initiú. O iuuenes hæc oía cú quiete co
lite: tertiú de aía: q̃rtú de pietate: qntú elothalé epicarmi coi parté: ſextú crotoné
& alios. Porro myſticú ſermoné aiút hippaſi fuiſſe: qui in iniuriá pythagoræ ſcri
pſerit: plura ité ab aſtone crotoniate ſcripta pythagoræ íſcripta eé. Ait aút ariſto/
xenus cóplura moraliú dogmatú accepiſſe pythagorá a themiſtoclea ſorore. Ion
aút chius & triaginis ait ipm cú poema quoddá ſcripſiſſet orphei titulú adnota/
uiſſe. Scopiadas itidé ipſius eſſe aiút: cuius operis initiú eſt. Nullius rex egés eſto.
Soſicrates aút in ſucceſſionibus ait ipm rogatú a leonte phliaſioꝝ tyranno: qs ná
eſſet: dixiſſe philoſophus. præſentéq; uitá dicebat celebritati eſſe ſimillimá. Qué/
admodú. n. ad hác alii certaturi: alii negociaturi: alii optimi futuri ſpectatores ue
niút: ita & in uitá alios qdé gloriæ mácipia naſci & cupiditatis aucupes: alios uero
ueritatis ſtudioſos: & iſta qdé ſic ſe habét. Sed. n. in tribus illis pythagoræ opuſcu
lis: quæ diximus ferútur iſta in uniuerſum. non ꝑmittit quéq̃ pro ſe orare: quod
ignoret qd ſibi expediat. ebrietaté ſeorſum ꝑnicié uocat: omneq; nimiú reprobat
dicés: nó debere quépiá neq; laboꝝ neq; ciboꝝ tranſgredi modú. Ac de uenereis
ſic ait. uenerea hyeme nó æſtate faciéda. autúno ac uere leuius. Omni aút tpe eſſe
grauia: & ad ſanitaté minime idonea. Rogatus ité quádo eſſet cócubédú: túc inqt
cú te ipſo íſirmior fieri uis. humaná ætaté ita diſtiguit puer. xx. annos íplet: Adu
leſcés. xx. Iuuenis. xx. ſenexq;. xx. Sunt aút ætates iſtæ & anni tpibus accómodatæ
ueri puer: æſtati adoleſcés: autúno iuuenis: & hyemi ſenex. Adoleſcété ítelligit pu
beré: Iuuené uiꝝ. Primus ité Timæo auctore amicoꝝ oía coia dixit: amicitiáq;
æq̃litaté. ipſius quoq; diſcipuli facultates oés in unú deponebant: cóeſq; faciebát.
qnquéniú ité totú ſilebant ſolú qui dicerent᷑ audientes: ac donec ꝓbarent᷑ nunq̃
pythagorá uidétes. Hinc iá ad domú ipſius aſpectúq; admittebant᷑. Abſtinebant
aút aceruo cypreſſino: quod íde ſceptꝝ iouis factú eét ut hermippus ait in ſecúdo
de pythagora. Népe & uenuſtiſſimæ formæ fuiſſe tradit᷑ adeo: ut illum diſcipuli
opinarent᷑ apólliné: qui ex hipboreis ueniſſet. Nudatú aliquádo illius femur au/
reú apparuiſſe fama eſt: neſſúq; amné cú tráſiret ab eo fuiſſe appellatú nó deſu/
ere qui diceret. Timæus quoq; in. x. hiſtoriarum ait dixiſſe illum: quæ cum uiris

habitarent eas deorũ nomine cenſeri:coras quippe ac nymphas & deinceps ma/
tres appellari.Húc & geometriá ꝑfeciſſe:cũ antea mœeris initio elementoꝝ eius
íueniſſet anticlides auctor eſt in.ii.de alexandro:maximeq; uacaſſe pythagorá cir
ca ſpém ipſius arithmeticá ac regulá quæ ex una corda eſt reppiſſe.ne medicinã
ꝗdem neglexit.Refert autem apollodorus ſupputator hecatombé illũ ímolaſſe:
cum inueniſſet trianguli orthogonii ſubiectum latus tantũdem ualere quãtum
quæ illum continerent.Et eſt epigramma ſic ſe habens.

Clarum fecit opus pythagoras:nouam
Tradens ingenio pectore líneam
Propter quam iouis ara centeno maduit boue.

Fert & primus athletas nutriſſe carnibus.antea ut in.iii.cõmẽtarioꝝ ait fauori/
nus caricis ſiccis & molli caſeo & tritico ſolitos corpora nutrire:uti ait idẽ fauo/
rinus in.viii.oĩmodæ hiſtoriæ:alii uero pythagorá aliũ quẽdá alipté athletas ita
ſolitũ enutrire dicũt:nõ húc:Quo.n.pacto?cũ hic & necare uetuerit:ne dũ guſta
re aĩalia:quæ cõe nobiſcũ ius habeát animæ:& iſtud ꝗdé fabuloſũ eſt.Ná re uera
aĩatis abſtinere iuſſit exercẽs atq; aſſuefaciẽs mortales ad facilioré uictũ:ut cibos
ſemꝑ parabiles haberét:ꝗbus igne ad coquẽdũ opus nõ eẽt:quiq; aquá ſimplicẽ
biberét.Hinc & ſanitaté corpori & ĩgenii acumen acꝗri.Deniq; & ará delii tantũ
apollinis genitoris:quæ poſt ceratinũ eſt adorare:frumẽtaq; & hordeũ & placẽ/
tas illi abſq; uſu ignis ĩponere ſolitũ:cæteꝝ nulla iecinora ut ariſtoteles in delioꝝ
repu.teſtat.Primũq; húc ſenſiſſe aiũt aĩam circũ neceſſitatis ĩmutanté aliis alias
obligari aĩantibus:primũq; græcis põdera mẽſuraſq; ĩuexiſſe:ut ariſtoxenus ait
muſicus.Primũ ité ueſpeꝝ atq; luciferꝫ idé ſydus dixiſſe auctore ꝑmenide.Adeo
uero admiratõi oĩbus fuit:ut dicerét familiares eius dei oĩgenas uoces.Ipſe quo
q; ſcribés ait poſt ducẽtos &.vii.annos ex ĩferis ſe ad hoĩes uenire.Itaq; cũ illo ꝑ/
durabát atq; adibát illũ diſciplinæ ſtudioꝝque cá & lucani & picentes meſſapiiq;
& romani.erat aũt ignotũ pythagoricũ dogma uſque ad philolai tꝑa.Hic.n.tres
illos libros præclaros diſſeminauit:quos plato cẽtũ minis ſibi emi ꝑ lr̃as orauit.
neque uero pauciores ſexcẽtis erát:ꝗ noctu ad illũ audiẽdũ cõfluebát.Ac ſi ꝗ præ
ſentia illius frui meruiſſet ſcribebát ſuis tãꝗ magnũ ꝗddá ac præclaꝝ ſe adeptos.
Metapõtini nẽpe illius domũ cereris delubrũ uocabát:uicũque ſacratũ muſis:ut
fauorinus in oĩmodis hiſtoriis tradit:dicebátque pythagorici alii nõ eẽ oĩbus pã
déda oĩa ut ariſtoxenus ait ĩ.x.ĩſtituẽtiũ legũ:ubi & xenophilũ pythagoricũ ĩter/
rogatũ quo pacto optime filii erudirent dixiſſe ait:ſi ex bene ĩſtituta ciuitate natí
eẽnt:& alios igitur plurimos ꝑ italiá ꝑfecit bonos & doctos uiros: zaleucũ quo
que & charõdá legũ latores.Erat præterea cõciliádæ amiciciæ ĩprimis ſtudioſiſ/
ſimus maximáque in ea re hẽbat uim:ac ſi quẽ didiciſſet ſymbolis ſuis coĩcaſſe:
eũ cõtinuo ſociũ amicũque cõſciſcebat. Erát aũt iſta illius ſymbola. ígnẽ gladio
nõ fodiendũ.Staterá nõ tráſiliẽdá.ſuꝑ chœnice nõ ſedẽdũ.cor nõ edẽdum.onus
una tollendũ:nõ adiiciendũ.ſtramenta ſemper hẽndũ colligata.dei imaginem ĩ
anulo minime circũferendá: ollæ ueſtigiũ in cinere cõfundendũ.oleo ſedẽ non
tergẽdá.cõuerſo ad ſolẽ uultu nõ loquendum.extra publicá uiam non eundum

nõ facile dexterã iniiciendã.ſub eodẽ tecto hirũdines nõ habẽdas.quæ ſunt un/
guibus recuruis aues nõ nutriendas.unguiũ capillorũq; ptibus ſupfluis reſectis
nõ ĩmigendũ neq; inſiſtendũ.gladiũ acutũ deuitandũ.In finibus peregre peregri
nanti nõ redeundũ. Erat aũt hic ſenſus eius.ignẽ gladio nõ fodiẽdum.potentiũ
iram tumentiũq; ĩdignationẽ nõ cõmouendam.In chœnice nõ ſedendum. æq;
& futuri faciendam curã.Chœnix.n.diurna eſca ẽ.Stateram nõ tranſiliendam:
hoc eſt æquum & iuſtũ nõ trãſgrediendũ.cor non edendũ.aĩum angoribus do
loribuſq; nõ excruciandũ.Per id aũt quod peregre pficiſcenti minime redeũdũ:
admonebat ne q uita exceſſiſſent:eos uitæ cupiditate teneri non oportere: neq;
uoluptatibus uitæ præſentis manus dare.Ad hæc & alia iã exponẽda ſũt ne qd
præteriſſe uideamur.Super oĩa erythino & ſepia ueſci phibebat:corde itidẽ ac
fabis.addit ariſtoteles & uuluã & trigliã.ſolo plerũq; melle ſiue fauo aut pane cõ
tentum uixiſſe quidã autumant.uinũque quotidie nõ guſtare ſolitum.obſoniũ
illi erat ut plurimũ cruda uel elixa olera:marinis raro utebat̃.ſtola illi candida ſẽ
per ac munda:ſtramẽtaq; itẽ candida ex lana.Lineoꝝ qppe uſus nec dũ ad illa lo
ca penetrarat.Nũq̃ uero deprehẽſus ẽ ſiue ſaturitati ſiue uenereis rebꝫ ſiue ebrie
tati operam dare.Riſu abſtinebat & facetiis & iocis: oneroſiſque narratiõibus.
iraſcens n unq̃ uel ſeruũ uel libeꝝ cædebat.diuinatione ea ſola utebat̃:que fit p
auguria & uaticinia.Minimũ uero ea quæ fit per ignẽ thure tantũ excepto:ſacri
ficiiſque utebat̃ inanimis. Sunt q dicant ſolis gallis gallinaciis & hædis ẽt lacte
olis quos teneros dicunt:Agnis aũt mĩme.cæteꝝ ariſtoxenus cũcta illũ aĩata in
cibum permiſiſſe ait Boue aratore:& ariete exceptis.Dogmataque ab ea quæ in
delphis ẽ temiſtoclea accepiſſe refert hieronymus:deſcendiſſe illum ad inferos
atque heſiodi quidẽ aĩam columnæ æreæ uinculis adſtrictam: ſtridentẽque ui
dide.Homeri aũt ex arbore pẽdentẽ ſerpenteſq; illam circũdantes p his quæ de
diis dixere:eos item cruciari notauiſſe:qui ſuis uxoribus congredi nollent:eiuſ/
q; rei gratia a crotoniatis honoratum.Ariſtippus aũt cyrenæus in libro phyſio
logoꝝ ait illũ pythagorã iccirco appellatũ:quod uera pythio nõ minus loquere
tur.Fert̃ diſcipulos admonere ſolitus:ut iſta quotidie cũ domum ingrederet̃ di
cerent.Vbi nã excidi? quid feci? Quid ex his que facere debui omiſi? Cruẽtas ho
ſtias diis offerri phibebat:ſolãq; arã q̃ eſſet ſine ſanguine monebat adorandam.
deierare itidem per deos uetabat.Quẽq;.n.id ſtudioſe curare oportere:ut ex ui/
tæ merito ſibi fides haberet̃.ſeniores honorandos: quodque tempore præcede
ret:id honorabilius exiſtimandũ:ſicuti occaſu ortũ.In ſeculo principiũ fine.In ui
ta aũt generationẽ corruptione.Ac deos quidem ſemideis ĩ honore preferẽdos:
hoĩbus aũt heroas:parẽtes uero hoĩbus cæteris:ĩuicem ea rõne conuerſandum:
uti ne ex amicis inimicos:ueꝝ ex inimicis amicos faciamus: ppriũq; nihil arbi/
trandũ.legibus opem ferendã.iniqtatẽ debellandam:mitẽ arborem nõ uiolan/
dam nec lædendã.Aĩal itidẽ quod minime hoĩbus noceat.uerecũdiam & pieta
tem eẽ colendã.Riſui æq; ac triſtitiæ nõ dandas manus.fugiendã carnis ſuperflu
am pinguedinẽ.Itinerationibus remiſſe intẽteq; utendum.exercendam memo
riam.In ira nihil aut dicendũ aut faciendum.diuinationem oẽm honorandam.

cantibus ad lirã utendũ:laudeque deoꝝ uirorũq; præſtantiũ:hẽdam rõnabilẽ grãm.Porro fabaꝝ interdicebat uſum:quod uento eẽnt plenæ atq; aĩato maxime conuenirent.Ad hæc niſi ſumanť leuiores ac pudiciores fieri uentres:atque adeo quæ in ſõnis cõtingunt imagines leues ac ꝑturbatione uacuas perfici.Refert aũt alexander in ſucceſſionibus philoſophoꝝ & iſta ſe in pythagoricis commentariis notaſſe:principiũ quidem oĩum eẽ monadẽ.Porro ex monade ĩdiffinitam dualitatẽ ueluti materiã auctori monadi ſubieciſſe.Ex mõade uero ac ĩtermĩata dualitate numeros gigni:ex numeris puncta:ex punctis lineas ſurgere:ex quibus planæ figuræ cõſtẽt.Ex planis aũt ſolidas figuras:ex quibus item ſolida conſiſtere corpora:quoꝝ & quatuor elementa eẽ ignẽ aquã terrã aerẽ:quæ ꝑ oĩa ſe mutẽt ac uertant:ex qbus fieri mundũ aĩatum intelligibilẽ rotundũ mediam terrã cõtinentem.quã & ipſam rotũdã eẽ & globoſam ac circũhabitari.Eſſe aũt antipodas nobiſq; obuerſa ueſtigia præmere.Aequis ẽt partibus mũdo ĩeſſe lucẽ ac tenebras:calidũq; & frigidũ & ſiccũ & humidũ:ex eis dũ calor obtinet: æſtatẽ:dũ frigus.hiemẽ fieri.Ea dũ æquis partibus ſunt optima anni tꝑa conſici.Nãq; uireſcens ẽ ueris grata ſalubriſq; tẽperies.Occidens uero autũni infirma fœcũditas.Diei quoque uireſcere auroram:ueſperã dilabi:quocirca infirmiorẽ eſſe eũ.itẽ qui terrã cõplectiť:aera ĩmotum ac morbidũ & quæque in illo ſũt oĩa eſſe mortalia.Porro ſummũ æthera ſemper moueri & eſſe liquidiſſimum ac ſaluberrimũ & quæ in eo ſunt ĩmortalia oĩa atq; iccirco diuina.Solem item & lunam & reliqua ſydera deos eſſe:quippe in illis ſuperare calorẽ q ſit uitæ auctor. Lunã quoq; a ſole illuſtrari:hoĩbuſq; eſſe cũ diis cognationẽ:quod & hõ caloris ꝑticeps ſit.Vnde & deũ nrĩ ꝓuidentiam gerere:fatũ quoq; oĩum & eoꝝ quæ ſũt ꝑ partes adminiſtrandoꝝ cãm eẽ:penetrare itẽ a ſole radiũ ꝑ æthera frigidum & corpulentũ.Vocãt aũt aerẽ quidẽ frigidũ æthera.Mare aũt & humorẽ craſſum æthera.Hũc uero radiũ ẽt profũda penetrare:atq; iõ uiuificare oĩa.Viuere item oĩa quæq; colori ꝑticipent:atq; iõ & arbores eẽ aĩantes:aĩam tamẽ nõ hẽre oẽs: aĩam uero auulſionem ætheris eẽ & calidi & frigidi eo quod ſit particeps frigidi ætheris.Differre aũt a uita aĩam:eſſeq; illã ĩmortalem quando quidẽ & id a quo auulſa ẽ ĩmortale ſit.Porro aĩalia & inuicem naſci ſeminali rõne:quæ uero e terra fiat:generationem nõ poſſe ſubſiſtere.Semen aũt eſſe cerebri ſtillam:quæ ĩ ſe calidũ contineat uaporem.Hãc uero dum infunditur uuluæ ex cerebro ſaniem & humorem ſanguinẽq; profluere:Ex quibus caro.nerui.oſſa.pili totũque conſiſtat corpus.ex eo aũt uapore ſenſum atque animam conſtare.Formari autem primo quidem concretũ & cõpactum intra dies.xl.Iuxta uero rõnem harmõiæ intra ſeptem aut nouem aut decẽ ut plurimũ menſes cõſumatũ atque perfectũ infantẽ gigni.Habere aũt in ſe oẽs uitæ rões:quibus ſua ſerie cõnexis contineri iuxta congruentiæ rõnem.cũ ſingula ſtatutis tẽporibus accedũt.Senſum quoq; cõiter oẽm ac per ſpeciem uiſum uaporem eẽ quẽdam nimis calidũ:atq; ideo ui ſua aerem aquãq; penetrare:affigi enĩ calidum in frigido.Nã ſi eẽt frigidus ĩ oculis uapor:diſtaret profecto aduerſus aerẽ ſimilem.Sed.n.in pleriſq; oculos ſolis ianuas appellat.eadem & de auditu decreuit ac ſenſibus reliquis.Porro humanã

aīam triſariā diuidit in ſenſum & mentē & irā. Senſus igit̄ & iræ cæteras quoq; aiantes eē pticipes. Mentē uero ad ſolū ptinere hoīem: Eſſe aūt principatū aiæ a corde uſq; ad cerebrū: & eā qdem q̄ ſit ī corde ipſius partē concupiſcentiā eē. Mētem uero atq; aīum in cerebro conſtare. Guttas aūt noſſe: ab his manarēt ſenſus ac partē quidē prudentiæ capacem eē īmortalem: Cætera uero mortalia: nutririq; ex ſanguine aīam: eiuſq; rōnes uentos eē. Ipſam uero unam cū ſuis rōibus eē inuiſibilē quod æther quoq; ſit īuiſibilis. Cæteꝝ aīe uincla uenas eē & arterias & neruos. Vbi uero inualuerit & ſecū fuerit quieſcere: uinculaque ipſius fieri rōnes atq; opera: eiectāque eā in terrā in aere uagari corpori ſimilem. Porro mercuriū aīarum queſtorē eē atque iō emiſſarium dici. Ianitoremq; ac terrenū: quod is ex corporibus & ex terra & ex mari aīas īmittat. & puras quidem atque purgatas in excelſum duci. Impuras uero illis ne appropinquare quidem: neq; inuicē ſibi ipſis: cæteꝝ uinciri a furiis fortiſſimis nexibus. Cunctū itē aera plenū eē aiābus: eaſq; & dæmones & heroas exiſtimari: atque ab his hoibus īmitti & ſōnia & ſigna atq; morbos: nec mō hoibus uerum & pecudibus ac iumentis reliquis: atque ad hos referri luſtrationes & expiationes: diuīationēque oēm & uaticinia & cætera id genus. Maximū uero eoꝝ quæ in hominibus dixit aīam eē ſiue ad bonum induceret ſiue ad malū. Fœliceſq; ac beatos eē hoīes: quibus bona aīa aduenerit. Eam uero nunq̄ quieſcere neque ipſius fluxum obtinere. Ius item uim habere iuramenti: atque ideo & iouem iuratorē dici. uirtutem & harmoniā eē & ſanitatem: bonumq; oē atq; deū: iōque ea congruentia conſtare oīa. amicitiā itidē eē æquabilē cōgruentiā. honores diis exhibēdos. heroas itē haud tamē æquo honore deducendos. Cæteꝝ diis ſemp quidē cū laudibus amictuq; candido & caſto corpore honores adhibendos. Heroibus uero ex dimidio diei. eā uero mūditiā expiationibus lauacriſq; atq; aſperginibus fieri uacādo a funere & cubili & īqnamēto oī: morticiniiſq; abſtinēdo & carnibꝫ: trigliſq; ac ſepiis: ouiſq;: & quæ ex ouis naſcūtur aīalibus: fabis quoque & cæteris q̄ ii monēt: q quidē ī tēplis myſteria rituſque conſumant. Ait aūt ariſtoteles ī libro de fabis iō admonuiſſe illū fabis abſtinendū ſiue quod pudendis ſimiles ſunt: ſiue q; īferni ianuis. Sunt. n. īfœcūdæ ſolæ: ſiue quod corrūpant: ſiue quod naturæ uniuerſi ſimiles ſint: ſiue quod paucoꝝ dominatu gaudent. Denique magiſtratus ipſis eligunt̄: q̄ uero cecideri nt nō tollenda: ut aſſueſcatur nō niſi caſtigate edere. Porro ariſtophanes herōū ait ea eē quæ cadūt dicēs ī heroicis ne guſtato qdē q̄que ītra menſem deciderint. Gallo plumis albis abſtinendū: quod ioui ſacer ſit atque ſupplex. Mēſi quoque ſacratus ē. Nā & horas ſignificat. Piſces itē nō guſtandos eos qui ſacri ſūt. Neque. n. fas eē eadē diis & hoibus apponi ſicuti nec ſeruis & liberis: & candidū quidem quod ē ad bōi ptinere naturā: atrū uero ad mali. panē nō frangendū. Nāque ī unū ueteres amici coibāt. quēadmodū nūc etiā barbari: neque diuidēdū quod illos cogit. Alii id ad iudiciū referūt: quod apud īferos ſit. Alii quod in bello formidinem faciat. Alii quod ab hoc incipiat totum: ſolidarūque figurarū omniū pulcherrima ſphæra. planaꝝ uero circulus ſit. ſenectutē & oē detrimento obnoxium pari rōne teneri. Iuuentutem itidē & quicqd incrementa ſuſcipit idem eē.

ſanitatem ſpeciei eē conſtantiam.morbum contra huius eē uiolationem.De ſa/
le apponendo neceſſario iccirco ſtatuit:quod iuſtitiæ admonent. Hoc enī quic/
quid occupauerit ſeruat:& ex liquidiſſimis rebus aqua & mari ſit.Hec alexāder
in pythagoricis reperiſſe cōmentariis tradit.eadē ferme ariſtoteles. Enimuero
pythagoræ ipſius grauitatem ac modeſtiā:& timō in ſillis:cū illū carpere inſti/
tuiſſet nō omiſit in hanc ſnīam loquēs. Pythagoram quoque magia inſignem
opinione gloriæ grauitatiſque celebrē.quod aūt alius idem alias fuerit xenopha
nes in elegia teſtatur:cuius eſt initium.nunc alia dicere aggrediar:quod uero de
illo dixit ſic ſe hēt:cū uidiſſet aliquando canē cædi miſeratus ait deſine hūc cæ/
dere.Eſt.n.cari ſodalis aīa quā eius ex uerbis agnoui:atque ita xenophanes ſugil
lat illū.cratinus in pythagoricis atque in tarentinis in hunc modū hæc inqt. eis
conſuetudo ē ſi quem ſimplicem undecūque nacti fuerint ingreſſum experimē
tūque cœpturum q̄tum illi dicendi uiribus præſtent:ꝑturbare illū obiectioni/
buſque uerſare.concluſionibus.inæqualitatibus.fallaciis.magnitudinibus non
inde emergeret.Mneſimachus alcmæoni pythagoreo more ſoli īmolamus ani
matum nil oīno cōmedentes.Ariſtophon in pythagoreo inſtituto ait.quod cū
deſcendiſſet in dietam qui apud inferos ſunt uidiſſe ſingulos.Pythagoricos ue/
ro multum oīno a mortuis differre.His quippe ſolis conueſci plutonem ob pie
tatem dixit.Facilem ais deum ſi plenis ſorde cibis adeē gaudet.Item in eodē co/
medunt olera:& aquam in potu ſumunt: pediculos & pallium atque ſqualorē
nemo ex aliis perferre poſſet. Moritur autem pythagoras hoc modo.cōſederat
in domo milonis cum ſociis. Eam uero domum quiſpiam ex his quos ille ad/
mittere noluerat:per inuidiam incendit.Sunt qui crotoniatas ipſos tyrannidis
ſuſpicione ac metu hoc perpetraſſe dicant.Pythagoram igitur incendii incom/
moda uitantem cum egrederetur comprehenſum eſſe & agro cuidam fabis ple
no ꝓpinquātem ibi cōſtitiſſe ac dixiſſe capi præſtat q̄ has dare peſſum: cædique
ſatius eſt q̄ quicq̄ loqui:atque ita iugulum perſecutoribus nudaſſe:cōpluresque
ex diſcipulis.nā ſecū ad.xl.erāt:fuiſſe iteremptos:paucoſque effugiſſe ex quibus
archytas tarētinus fuerit & lyſis ille quem ſupra memorauimus.Porro dicæar
chus pythagoram in delubrum muſaꝝ:quod metapōti ē:confugiſſe:ibique cū
quadraginta dies abſque cibo ꝑſtitiſſet:defeciſſe ait.heraclides uero in epitome
uitaꝝ ſatyri illū poſtq̄ deli pherecydi iuſta ꝑſoluerat:rediſſe in italiā:& cū ī do/
mo milonis crotoniatæ celebritatē offendiſſet ſubinde metapontū perrexiſſe:
ibique cū uiuere ulterius nollet iedia uitam finiſſe. Hermippus aūt ait bello in/
ter agrigentios atque ſyracuſanos exorto pythagorā exiſſe cū ſociis agrigentinis
opem latuꝝ.Verſis aūt in fugā illū fabaꝝ cāpū circuiſſe:ibique a ſyracuſanis fu/
iſſe interfectum. Reliquos uero ad trigintaquinque tarenti fuiſſe crematos cū
primariis ciuitatis contraire uellent:atque ab eis in reipub.adminiſtratione diſ
ſentirēt.Aliud item quiddam huiuſmodi de pythagora hermippus refert:Ait
enim illum cum in italiam ueniſſet ſubterraneam feciſſe domum: matrique
mandaſſe quæque contingerent tabulis inſcriberet tempuſque adnotaret: de/
inde in illam deſcendiſſe: ac dum rediret: id matrem feciſſe: Anno autem

exacto aſcendiſſe pythagoram ex effoſſa domo ſqualidum ac macie confectū aduocataq; contione dixiſſe ex īferis ſe aſcēdere:atq; ut ſibi fidē faceret recitaſſe qcquid eueniſſet.Eos uero his quæ dicebātur affectos in lachrymas eiulatuſq; ꝓrupiſſe pythagorāq; iā diuini qdpiā hr̄e exiſtimātes:uxores ſuas illi in diſciplinā certatim dediſſe:ut quidpiā ex illo addiſcerēt:eaſq; pythagoricas uocatas eē.Hæc hermippus.Erat aūt pythagoræ & uxor theano noīe brontini crotoniatæ filia:hāc alii brontini uxorē:pythagoræq; diſcipulā tradūt.Erat illi & filia damo ut lyſis in epiſtola ad hipparchū ait de pythagora in hūc modū loquēs.Aiunt aūt plurimi publice te id quod pythagoras ſemꝑ īhibuerat philoſophari.qui cū damoni filiæ cōmentaria ſua cōmendaret iuſſit ne cui extra domū ea traderet.Ea uero cum īgenti pecunia poſſet illa diſtrahere oīno noluit.Inopiā quippe patriſq; monita auro præcioſiora cēſuit.Idq; cum eſſet mulier.Fuit aūt illi & filius telauges:qui etiā patri ſucceſſit:ac ſecundū quoſdā Empedoclis præceptor fuit.hippobotus aūt empedoclē dixiſſe ait telauges clara theane proles pythagoræq;.telauges quidē nihil ſcripſiſſe fertur:at ipſius mater nonnulla.rogata quando mulier a uiro munda ſit:dixiſſe ferunt a ſuo quidē continuo:ab alienis uero nunq̄. Ei uero quæ ad uirū pergeret in mandatis dabat uti cū ueſte & uerecundiā poneret.Exurgenſque denuo cum ipſis illā una reſumeret.Rogata quænā hæc inquit per quæ mulier uocor.Igitur pythagoras quidem iuxta heraclidē ſerapionis filium.lxxx. ætatis anno moritur ſecūdum propriam ætatū deſcriptionem.Iuxta plurimos autem nonageſimo.Extant autem & quæ in hunc luſimus ſic ſe habentia.

Non refugis ſolus:ſed nos animata uetamus.
Viuibla pythagoræ fercula nullus edit.
Aſt ubi lixatum uel coctum ſiue ſalitum
Tunc edimus:quoniam ſpiritus omnis abit.

Aliud

Pythagoras ſapiens habitus q̄ tangere carnes
Nollet:ut iniuſtum:pauit at ille uiros.
Hunc admiror ego:iuſta non tangere dixi:
Afficit aſt alios forſitan obprobrio.

Aliud

Aſpice in euphorbi radiantia ſcuta:renati
Pythagoræ mentem noſcere quiſquis aues:
Ante ego dicit eram mortalis:nec ſinit unq̄
Siue erat haud uel erat dicere ſemper eram.

Et aliud ut mortuus eſt.

Heu heu quid tantum proprio auditore ſeorſum
Pythagoras fabas perueneratus obis.
Ne loca fabarum pedibus calcaret iniquis
Agrigentino mortuus in triuio eſt.

Floruit aūt olympiade ſexageſima:ipſiuſque ſchola durauit uſque ad nonā ſiue decimam generationem.Poſtremi enim Pythagoreorum fuere quos & ariſto

xenus uidit zænophilus chalcidéſis ex thracia:& phanto phliaſius:& echetrates & diocles & polimnaſtus phliaſii & ipſi. Erant aũt auditores philolai & euriti tarẽtinoꝝ. Fuerunt aũt pythagoræ quattuor eodẽ fere tp̃e nec multum ab ſe iuicẽ diſtãtes. Vnus quidẽ crotoniata tyrãnicus uir:alter phliaſius corpoꝝ exercitator aliptes:ut quidã aiunt. Tertius zacynthius cuius aiunt illud eſſe philoſophiæ arcanũ magiſteriũ in quo & illud ait ꝑuerbiũ in mundũ ueni. Sũt qui & aliũ ſculptorẽ rheginũ fuiſſe dicãt pythagorã q primus uiſus ſit numeroꝝ ac modoꝝ repertor fuiſſe. Aliũ itẽ ſculptorẽ ſamiũ:& aliũ oratorẽ nõ bonũ:& aliũ medicum qui de cela ſcripſerit:ac de homero quædã cõpoſuerit. Aliũ itẽ qui dionyſio dorice ſcripſerit auctore. Porro hũc eratoſthenes:quẽ & fauorinus in oĩmoda hiſtoria ſequit̃ in libro octauo primũ fuiſſe tradit qui. xlviii. olĩpiade ꝑitus ac probus pugil effulſerit:comatũ atq; purpuratũ ſelectũq; ex pueroꝝ ludo atq; irriſũ cõtinuo uiros petiſſe ac uiciſſe. Simplex & huic epigramma quod fecit theætetus.

Sydera pythagoram quendam crinita canentem
Pythagoram ſamium ſi hoſpes amice teges:
Pytbagoras ego ſum:peteres ſi dogmata noſtra
Eleidem:dices hic mihi mira refert.

Hũc fauorinus ait diffinitionibus ob mathematicã uſum materiã:ampliaſſe uero illã ſocratẽ & qui ab illo fluxere. Poſtmodũ autẽ ariſtotelẽ ac ſtoicos:primoq; cælũ appellaſſe mundũ terrãq; rotũdã. Id aũt theophraſtus parmenidi:zeno heſiodo aſſignant. huic aiũt reſtitiſſe cydonẽ:ſicut antidicũ ſocrati. at uero philoſophi epiſtola legit̃ in hũc modũ pugnãs ad olympia cum pueris ephæbis uenit pythagoras crotonias. philoſophus aũt taliter ſcripſit pythagoras anaximeni at tu uiroꝝ optime ſi nihil pythagora & genere & gloria præſtãtior eẽs ꝑfecto ad nos iã ex mileto migraſſes:nũc uero te cõtinuit paterna & auita gloria:quæ & me cõtinuiſſet ſi eſſem anaximeni ſimilis. Cæteꝝ uos ſi augurio urbes deſeretis:eis q̃dẽ ornatus adimit̃:mediq; illis iſeſtius iſtabũt. Neque uero ſemp̃ cõuenit aſtroꝝ ac cæli ueſtigare rõnes. præſtat iterdũ ad p̃riam curas cogitatiõeſque cõuertere: & ego nõ ſemp̃ meis uaco fabulis:ueꝝ & bellis iterſum q̃bus in ſe inuicẽ itali ſæuiũt. Quoniã uero de pythagoria diximus:dicendũ iam de pythagoricis illuſtribus uiris:poſt quos dicendũ erit de his qui ſparſim a pleriſque referuntur. Tum deinceps adnectemus ſucceſſionis ſeriẽ memorabiliũ uiroꝝ uſque ad epicuꝝ:ſicuti ſupra promiſimus:de theana quidẽ & thelauge iam diximus dicẽdũ modo de empedocle primum:nam ſecundum quoſdam pythagoræ auditor fuit:

## Empedocles.

EMpedocli ut ait hippodotus:meto pater:auus empedocles agrigentinus fuit. idẽ & timæus refert in. xv. hiſtoriaꝝ libro iſignem fuiſſe uiꝝ empedoclẽ poetæ auũ. hermippus eadem ferme ait:heraclides itidẽ in libro de morbis clara ex familia fuiſſe auũ equoſque nutriſſe tradit:dicit & eratoſthenes in olympionicis. lxxi. olympiadem uiciſſe metõis p̃rem ariſtotelis utens teſtimonio. Apollodorus aũt grãmaticus in chronicis metõis q̃dẽ filiũ fuiſſe ait. cæteꝝ ad thurios nup̃ oĩno conditos ueniſſe

glaucus ait:deīde poſt pauca.qui uero inquit domo profugum ueniſſe ſyracuſas
& cum illis aduerſus athenienſes bellaſſe aiunt prorſus id mihi ignorare uident.
Aut enim iā defecerat:aut oīno ualde ſenex erat:id quod minime ꝓbat.Nāq; &
ariſtoteles ipm̄ & heraclitū.lx.ætatis anno uita exceſſiſſe ait:qui uero.lxx.& pri/
mā olympiadē uicerat eques eodē cenſebatur nomine.Ita & tēpus ab apollodo/
ro ſignificat:ſatyrus aūt in uitis empedoclē ait filiū fuiſſe exaneti.Reliquiſſe aūt
& illū filium exanetū:eadēq; olympiade ipſum quidē equeſtri certamine uiciſſe:
filiū uero illius lucta ſiue ut ait heraclides in epitome curſu.Ueꝝ enim ego in fa/
uorini cōmētariis repperi empedoclē & bouē mactaſſe ſpectatoribus ex melle &
farina:fratrēq; habuiſſe callicratidē.Telauges aūt pythagoræ filius in epiſtola ad
philolaum empedoclē ait archinomi fuiſſe filiū.Quod aūt agrigentinus ex ſici/
lia fuerit ipſe in prīcipio luſtrationū refert.hactenus de genere ipſius.audiſſe aūt
illū pythagorā Timæus auctor eſt in nono hiſtoriaꝝ dicens:deprehēſum quod
orationē furatus eſſet ſicuti & plato:atq; ideo ad cōſortiū ſermonū admitti ꝓhi
bitū:ipm̄q; meminiſſe Pythagoræ dū illū īſignē doctrina uiꝝ appellat:qui ma/
xima noſſet animiq; excelleret opibus.Sūt qui iſta de parmenide dixiſſe putant.
Refert neāthes pythagoricos uſq; ad philolaū & empedoclē ad ſermonū cōmu/
nionē admitti ſolitos. Vbi uero ipſe poemata illa uulgare cœpit:latā eſſe legē uti
uerſificator oīs idē arceret.Idē & platonē pertuliſſe aiunt.quippe & hūc fuiſſe ꝓ/
hibitū.quē tamē illoꝝ audiuerit empedocles nō dixit.Eā enim quæ telaugis fert
epiſtolā quod hippaſum ac brontinū audierit:non uſquequaq; ꝓbari:enimuero
theophraſtus parmenidē illū imitatū dixit:ipſiuſq; æmulū & in poematibus fu/
iſſe:quippe & illum uerſu phyſicæ rōnis apparuiſſe.Hermippus aūt nō parmeni
dis ueꝝ zenophanis fuiſſe imitatorē tradidit:qui cum diu uerſatus eiuſq; carmē
imitatus ſit:poſtmodū pythagoricis cōgreſſū eſſe.Alcidamas uero in phyſico re
fert eodē tp̄e zenonē & empedoclē una audiuiſſe.parmenidē demū ab ſe diſceſ/
ſiſſe ac zenonē q̄dē ſeorſū phātum eſſe.Hūc uero anaxagorā & pythagorā audiſſe
atq; alterius cōſtantiā & grauitatē uitæ atq; habitus alterius de natura rōnes fu/
iſſe imitatū.Ariſtoteles uero in ſophiſta primū empedoclē oratoriæ īuētorē ait:
zenonēq; dialecticæ.in libro autē de poetis aſſerit homericū empedoclē acutūq;
in dicēdo fuiſſe:trāſlationibus itē ac cæteris poeticis figuris uſum.Atq; ideo cū &
alia poemata ſcripſiſſet & xerxis trāſitū & in apollinē ꝓhœmiū:ea poſtmodum
ignibus tradidit ſoror quædā ipſius ſiue filia:ut hieronymus meminit:ꝓhœmi
um quidē īprudēs.Perſica aūt prudēs ac ſciēs quod ea īperfecta eſſent.Tragœdi/
as illū præterea ſcripſiſſe refert ac politica.Ueꝝ heraclides ſerapionis filius tragœ
dias alterius fuiſſe memorat.Hieronymus uero quadragita tria illius opuſcula
ſe legiſſe aſſerit.Neāthes aūt ad hūc iuuenē ſcripſiſſe & ipm̄ tragœdias:in quas ſe
poſtea īcidiſſe.Porro ſatyrus in uitis refert & medicū illum fuiſſe oratorēq; opti/
mum:gorgiāq; leontinū ipſius fuiſſe diſcipulū:uiꝝ.ſ.in oratoria īſignē:qui & ar/
tem rhetoricā ſcripſerit:quē tradit apollodorus in chronicis centū & nouē æta/
tis īpleſſe annos.hunc ait ſatyrus dicere ſolitū affuiſſe ſe empedocli magiā exercē/
ti:ipſumq; in poematibus id profiteri & cōplura alia:inter quæ profitetur phar/

macha:quibus & morbi & ſenectus arceantur:& uentorum uel noxii pellantur
flatus:uel ſalubres ac læti adhibeantᷣ:mortuiqꝫ itẽ reuiuiſcant.Multis aũt modis
eũ uiꝝ admirationi habitũ timæus in.xyiii.hiſtoriaꝝ auctor eſt.Nāqꝫ eteſiis ple
rũqꝫ uehemẽter flãtibus adeo ut fruges corrũperẽt excoriari aſinos iuſſit:factiſqꝫ
utribus eos collibus & mõtiũ uerticibus admoueri ad cõpellẽdos flatus:ceſſan/
tibuſqꝫ uẽtis ab euẽtu rei,colyſanemá uocatũ ẽẽ.Heraclides quoqꝫ ĩ libro de mor
bis ait ipm pauſaniæ dictaſſe q̄ de apno ille ſcripſit.Erat āt pauſanias:ut ſatyrus &
ariſtippus ait:amator eius:cui & de natura libros cõpoſitos ita declamauit.
Pauſania ſapiens anchiti percipe fili:
Sed & epigramma in eum fecit.
Pauſaniæ medico anchito cognomine nato
Aſclipiadeo patria clara gela eſt:
Qui langueſcentes uario pleroſqꝫ labore
Sæpe acherunteum linquere fecit iter.
τηv γουν απνουν.Heraclitus tale quiddam eſſe ait quod.xxx.dies corpus abſqꝫ
ſpiritu integrum incorruptumqꝫ ſeruaret.Vnde illum & medicũ & uatem dixit
ut ex eius uerſibus patet:quibus ĩcolas ampli agrigenti ſaluere iubet:a quibus &
deum ſe credi uult:diuinoſqꝫ ſibi petit honores.Amplũ uero agrigentum dixiſſe
ferunt ꝙ in illa octigenta hominũ milia inhabitarent.Vnde & empedoclem illis
delitiis uacantibus dixiſſe agrigentini delitiis quidem ita quotidie ſe dedunt:ac ſi
poſtridie morituri:domos uero ita ædificant q̃ſi ꝑpetuo uicturi.eas uero ipſas
expiationes in unum corpus coegiſſe fertur cleomenes compactor:quẽadmodũ
& fauorinus in cõmemorationibus ait.fuiſſe uero eum ĩprimis liberum atqꝫ ab
omni prĩcipandi faſtu remotiſſimum ariſtoteles tradit.ſiquidem & regnum cũ
ſibi offerretur:conſtanter renuit:ſicuti xanthus in illius laudibus meminit ſim/
plicitatẽ uitæ.ſ.q̃ regũ delitias carius amplectens.eadẽ & timæus refert cauſam
ſimul adiiciens cur ita popularis fuerit.Inuitatus enim fuerat a quodam ex prin/
cipibus ac procedente conuiuio cœna non inferebatur.Tacentibus aliis indigne
ille ferens inferri iuſſit.Qui uero illum inuitarat præſtolari ſe curiæ miniſtrum
dixit.Vbi uero ille aduenit conuiuii princeps conſtitutus eſt:id eo agente qui illũ
uocauerat.tum ille tyrãnidis initia haud obſcura præ ſe ferens iubebat aut bibe/
re aut in caput effundi merum.Tunc igitur empedocles tacuit.Poſtridie uero co
acto iudicio damnauit utrũqꝫ:ac peremit inuitatorem.ſ.& conuiuii principem.
iſtud enim eius reipublicæ tractãdæ initiũ fuit.rurſus acrone medico locum ſi/
bi ad conſtruendũ paternũ monumentũ a ſenatu poſtulante quod ĩter medicos
arte præcipue excelleret:in mediũ ſurrexit empedocles ac fieri ꝓhibuit:atqꝫ ĩter
cætera quæ de æqualitate diſſeruit ita illũ rogare cœpit:cuiuſmodi monumẽto
ĩcidemus elogiũ?Num hoc?ſummũ te medicũ ſummi patris in ſummo uerti/
ce ſumme patriæ cõditũ?quidã aũt ſecundũ uerſum ita ꝓnũciãt.ſublimis uerti/
cis tumulus ſublimis cõtinet.Hoc quidã ſimonidis eſſe tradiderunt.Poſtmodũ
uero empedocles & mille hominũ cætũ antiquit conſtituto triẽnii magr̃atu:ut
non ſolũ eſſet diuitũ ueꝝ & mediocrium ac populariter ſentientium.Denique

& timæus ī primo & ſecūdo libro:ipſius.n.ſæpe mentionem facit:contrariam reipublicæ tradit putatū eū habuiſſe ſententiā:quādoquidē iactantia & amore ſui ferebat̃ īmodice.quippe q̄ in carmine ſe deum dixerit:quādo item olympia adiſſet:in ſe cunctoꝝ uertebat ora:ut nullius inter loquendū tanta quāta empe/docłis fieret mentio.Poſtremo tamē cū agrigentū conderet̃:obſtiterunt illius inſtituto inimicoꝝ nepotes:quo ille mœrore accepto in peloponeſum ſeceſſit:ibi q̄ diē obiit.Timon aūt ne hūc quidē prætermiſit:ſed ipſū mordet dicens.& empedocles forenſium formator uerboꝝ q̄tum ualuit tantū cœpit īperans qui di/ſpoſuit magiſtratus indigentes aliis.De illius uero obitu uaria fert̃ opinio.Heraclides.n.cū enarraſſet de apno ut.ſ.empedocles maximā ex eo gloriam conſecu/tus eēt:ꝙ mulierem defunctam uiuā dimiſiſſet.ait illū ſacrificiū ad piſianactis agrum feciſſe: cōuocatis pleriſque ex amicis inter quos & pauſanias erat.Vbi uero conuiuio pacto alii quidē loco paululum digreſſi:alii ſub arboribus uillæ ſe ad quieſcendū cōpoſuerunt:alii quocūque uiſum ē in loco quieuerūt:ipſe ubi iacubuerat p̄manſit.Mane aūt facto e ſōno excitis cæteris ſolus ipſe reptus non ē.Facta aūt diligenti inq̄ſitione ſeruis q̄ rogabātur unus affuit:qui diceret ſe nocte media ingentē audiſſe uocē empedoclē uocantē:Tū uero ubi ſurrexiſſet cæleſtē uidiſſe lucē & ſplendorē tædaꝝ nihilque aliud.Illis uero ī eo quod cōtigerat ſtupentibus deſcendit pauſanias:ut mitteret qui quærerent.Poſtmodū uero prohibitus eſt ulterius quærere dicens uoti rē ī primis cōtigiſſe:ſibique ueluti deo hoſtias offerri oportere.Hermippus aūt illum cū pātheā quādam agrigentinā de/ſperatā a medicis curaſſet hoſtias ob id litaſſe.Qui uero inuitati erant ad.lxxx.ferme fuiſſe. Hippobotus uero illum ait ubi exurrexerat ætnam petiſſe quo cū p̄ueniſſet ī ignis crateres ſe inieciſſe:ibique dum fidem cupit facere famāque adſtruere quod deus effectus ſit ignibus conſumptū eē : poſtea ut ſeſe res haberet agnitum & exploratum eſſe una ex illius crepidis ui flāmæ ex intimis ad exteriora reiecta.quippe calciari ſolebat ære.huic famæ pauſanias reluctabat̃.Cæterum diodorus epheſius de anaximādro ſcribens ait illum huius æmulum fuiſſe imitādo tragicā grādiloquentiam ueſtiſque grauitatē.Enimuero dū ſelenuntios ex adiacētis fluuii fetore peſtis īuaſiſſet adeo ut & ipſi perirēt & uxores partu peri/clitarētur:excogitaſſe empedoclē duos quoſdā ex uicinis amnibus proprio ſumptu in flumē illud īmittere:ut ex ea cōmixtiōe aquæ dulceſcerent. Hoc ordine ſedata peſte epulantibus ſelenūtiis empedoclē apparuiſſe: illi eo cōſpecto ſurre/xerūt:eique ueluti d̄o dīnos honores detulerūt.Eā de ſe opiōnē firmare uolentē ſe ī ignes cōieciſſe.Veꝝ hiſce timæus r̄fragat̃ apte aſſerens illū ubi ī peloponēſū ſe recepit:nūq̄ oīno rediſſe atque iō illius incertū eē obitū.Heraclidi uero noīe illū denotās apte cōtradicit piſianacta ſyracuſanū dicēs:neque uillā agrigenti hūiſſe.Veꝝ a pauſania factū amico monumētū.Is.n.hmōi uulgata fama ſiue breuē ſtatuā illi:q̄ppe diues erat:ſiue arā q̄ſi deo cōdidit:quonā ergo pacto īq̄t ſe ī crateras īiecit:quoꝝ nullā unq̄ fecit mētionē:& q̄dē cū p̄pe eēnt.Mortuus igit̃ ē ī pelopōneſo:ꝙ ſi illius ſepultura nō cernit̃:nihil ē cur admiremur.Nāque & alioꝝ multoꝝ ſepulchra ignorāt̃:Iſta & hmōi timæus refert.ueꝝ ſp̄ heraclidi conſuetudo

eſt miracula iſta cõfingere:q & ex luna cecidiſſe hoiem dicit. Porro hippobotus ait ſtatuam empedoclis optam agrigenti primum ſtetiſſe. Poſtea uero ante romanorum curiã conſtitutã fuiſſe romanis eã illuc trãſſerentibus aptam:picte qdẽ & nunc eiuſmodi quædam inueniunt. Neanthes uero cyzicenus q & de pythagoricis ſcripſit:refert menone uita functo tyrannidis pullulare exordia cæpiſſe. Tum uero empedoclẽ agrigentinos ĩduxiſſe:uti ſeditionibus omiſſis æqlitatẽ ciuilẽ amplecterent:multas itidẽ ciuiũ quæ ſine dote erãt ex relictis ſibi opibus adiecta dote uiris tradidiſſe:atq; iõ & purpurã ſe induiſſe:& ſtrophiũ aureũ circũdediſſe fauorinus ĩ cõmentariis auctor ẽ. crepidas itẽ aereas & delphicã ſumpſiſſe coronã. Coma itẽ illi ꝓlixa fuit:& pueri ſe deducentes & ipſe grauis ſemꝑ atq; in uno ſeueritatis habitu ꝑſtitit. Eiuſmodi igit ꝓgrediebat ut ciuibus ſibi occurſantibus ac ꝓ magno id munere habẽtibus ſpecimẽ quoddam & inſigne regiũ præ ſe ferre uideret. Poſtremo uero dum celebritatis cuiuſdam cã meſſanã curru inuectus ꝑgeret cecidiſſe:coxãq; fregiſſe. Quo ẽt ex morbo defunctũ eſſe ætatis anno. lxxvii. eẽ itẽ ſepulchꝶ eius megaris:de ætate uero ab ariſtotele diſſentit. Ille. n. lxv. annoꝶ defeciſſe ait: alii centum & nouem uixiſſe annos contendũt Floruit aũt circa. lxxx. & quartam olympiadẽ. Democritus aũt troezenius in libro contra ſophiſtas refert illum iuxta homeꝶ informis letinodũ ſibi ꝓcera ex corno ĩfauſte nexuiſſe. In ea uero quã prediximus telaugis epiſtola fertur illũ ex ſenio in mare ꝓlapſum extinctũq; eẽ. Hæc de ipſius morte. fertur & noſtrum in hunc pãmetro mordax quidam.

Empedocles rapida purgaſti corpora flamma
Aeternos ignes fortiter ore trahens:
Vltroneum taceam:te incẽdia ſæua petiſſe
Incidis inuitus delituiſſe uolans.

Et aliud.

Cruribus empedocles confractis dicitur eſſe
Mortuus:e curru cũ cecidiſſet humi.
Si ſe flagrantem uicturus iecit in ætnam.
Quomodo nunc megaris ſtructa ſepulchra uides?

Timõ uero ne ab eo qdẽ laceſſendo abſtinuit dicens empedocleſq; forenſiũ opifex carminũ & cætera. Hæc aũt illi uiſa ſunt. elementa eẽ quatuor ignẽ. aquam. aerẽ. terrã. amicitiãq; qua fœderant & diſcordiam qua diſſideant. Ait aũt ſic iuppiter ac iuno regia & aidoneus & uenerãda neſtis. Ioueẽ ignẽ:iunonẽ terrã: aidoneum aerẽ:neſtin aquã dicens:& hæc ait aſſiduas uerſare uices:deſinere nuſq̃. eſt qppe æternus iuxta illũ hic reꝶ ordo:deniq; ĩfert. Nãq; alias cõnectit amor hæc oĩa ſimul:ſæpe etiã diſiũcta iubet cõtentio ferri. ſolẽ ait ignis ĩgentẽ maſſam:lunaq; maiorẽ:lunã diſci habere ſimilitudinem. Cælũ ipſum criſtalli obtinere ſpeciẽ & aĩam oĩgenum aĩalium atq; arboꝶ ſpecies ĩdui. Ait nẽpe ſe aliquãdo fuiſſe pueꝶ atq; puellam arborẽ & auẽ atque piſcem. Quæ igitur ille de natura deque expiationibus ſcripſit: ad quinque milia uerſuũ ꝑtingunt:quæ uero de medicina ad ſexcentos. De tragœdiis ſupra iam diximus.

## Epicharmus cous.

EPicharmus elothalis filius cous & ipſe pythagoræ auditor fuit. Trimenienſis uero cũ eēt e ſicilia ꝓfectus peruenit megara. inde contendit ſyracuſas: ut & ipſe ĩ ſuis teſtat̃ libris. Eius ſtatuæ iſtiuſmodi carmen ĩſcriptũ ẽ: quo dicat̃ tãto excellere doctis oĩbus & claris uiris q̃nto uel ſyderibus ſol cæteris uel mare ãnibꝰ cũctis ãtecellat.

Quam ſuperat phæton ingentis ſydera cæli:
Quãto uis pelago maior ineſt fluuiis:
Tantũ ego iam dico ſophia præſtare epicharmũ
Cui dedit hæc patria florida ſerta comis.

Cõmentaria iſte reliquit ĩ quibus de natura reꝝ: de ſententiis: de medicina diſſeruit. Notaſq; breues cõmentarioꝝ locis appoſuit: quibus aperte indicat ab ſe elaborata opuſcula. Obiit anno ætatis nonageſimo.

## Archytas tarentinus.

ARchytas mneſagoræ ſiue ut ariſtoxenus ait eſtiæi filius tarẽtinus Pythagoricus nobiliſſimus fuit. Hic platonem: cũ a dionyſio necãdus eēt: per epiſtolam eripuit. admirationi ſũmæ apud plurimos habitus eſt in oĩ uirtutis genere. Nempe enim ſepties ciuibus præfectus ẽ: cũ cæteri pluſq̃ annũ ĩperare lege ꝓhiberentur. Ad hunc plato ſcribit epiſtolas: quod is ad eũ prior ſcripſiſſet: ita archytas platoni ſcilicet. facis tu quidem recte quod nobis te conualuiſſe ex ægritudine ſignificaſti. de damiſco item nuntians. De cõmentariis aũt curauimus: uenimuſq; ad lucanos: ibiq; conuenimus occeli nepotes. Quæ igitur de regno legibus iuſtitia oiumq; generatione: & ipſi habemus & ex his quædam miſimus: reliqua mõ repiri nõ poſſunt. cũ inuenta fuerit ad te deferentur. ĩ hunc modũ archytas. Plato aũt ita reſcripſit. Plato archytæ ſalutẽ. Quæ abs te nobis allata ſunt cõmentaria: dici non poteſt: q̃ libenter accepimus: quiq; illa ſcripſit ĩ primis admirati ſumus. oſtendit enim ꝓfecto uir ille dignũ ſe maioribus illis ſuis antiquiſſimis atq; optimis uiris. Feruntur ãt iſti uiri mœrei fuiſſe. Hi aũt ex illis fuere troianis: q cum laomedonte migrarũt uiri boni: ut de illis tradita fabula ſignificat. quæ apud me ſunt commentaria de quibus ſcripſiſti nondũ ſatis lucubrata ſunt: neq; unq̃ ſatis erunt. ea tamen miſi. De cuſtodia uero ambo concorditer ſentimus. Nihil itaque adhortatione opus eſt. uale. in hũc modum illi ad ſe inuicem ſcripſerũt. Porro archytæ quatuor fuere: primus hic ipſe: ſecũdus mytilenæus muſicus: tertius qui de agricultura ſcripſit: quartus poeta epigrãmatũ: quintũ plæriq; addũt architectũ: cuius proferũt librum de machina: cuius iſtud initium ẽ. hæc de teucro charchedonio audiui. de muſico dicitur quod cũ probro ſibi daretur quod nõ exaudiret̃: dixerit. organum enim pro me pugnans loquitur. Pythagoricũ uero ariſtoxenus refert cũ exercitui præeſſet nũq̃ fuiſſe ſuperatum. Semel autem dum inuidiæ cederet ſeſe imperio abdicaſſe: moxque exercitũ ĩ ius hoſtium cõceſſiſſe. primus hic mechanica mechanicis prĩcipiis uſus expoſuit: primuſq; motum organicum deſcriptioni geometricæ admouit ex dimidii cylindri ſectione duas medias ſecundum ꝓ

portionem ſumere querens ad cubi duplicationem: & in geometria cubum pri mus:ut plato in repub.teſtatur inuenit.

Alcmæon crotoniata.

Lcmæon crotoniates & ipſe pythagoræ auditor fuit:ut plurimũ ue/ ro ĩ medicina uerſatur.plerũq; ité de natura diſputat dicés multas hu manaꝶ reꝶ cauſas. Videtur aũt primus de naturæ rõne ſcripſiſſe:ut ſauorinus in oimoda tradit hiſtoria:Junãq; hanc ſempiternã habere naturam dixit.Fuit aũt perithi filius ſicut & ipſe in principio ſui operis teſtatur. Alcmæon crotoniates hæc ait pithi filius brontino & lebni & bathyllo.de ĩui/ ſibilibus de ĩmortalibus rebus maniſeſtam quidem ſciam habent dii:quã tum uero coniicere hoibus licet & cætera. Animam uero immortalem dixit:moue/ rique iugiter inſtar ſolis.

Hippaſus metapontinus.

Ippaſus metapontinus & ipſe pythagoricus fuit. ait aũt diffinitũ eſſe tempus mũdanæ mutationis:finitũq; hoc totum eſſe ac ſemper mo ueri.Demetrius aũt ĩ homonymis refert illũ nullum opus reliquiſſe Fuerunt auté hipaſi duo hic.ſ. & qui laconum rempublicam quique libris com prehédit.Erat autepm & ipſe lacon

Philolaus.

Hilolaus crotoniatæ filius pythagoricus & ipſe fuit.ab hoc pytha/ goricos libros emẽdos ut curaret:dioni ſcribit plato.moritur auté ſuſpectus quod tyrãnidem inuadere moliret.& nr̃m é in ipſũ ſic.
Suſpitio dico.cunctis eſt uſq; cauenda.
Nil agis:infœlix cũ uidearis:agis:
Patria ſic croton philolaum ſuſtulit olim
Regnum affectantes credula habere manus.

Opinatur aũt oia harmonia ac neceſſitate fieri:terrãq; ſecũdum primum circu lum moueri dixit. Alii Icetã ſyracuſanum id ſenſiſſe affirmant. Scripſit autem li brũ ĩ quo hermippus quépiã ſcriptoré dixiſſe refert platonem philoſophũ cũ ĩ ſiciliã ad dionyſiũ ꝓfectus eſſet emiſſe a philolai conſanguineis argẽti minas ale/ xandrinas.xl.atq; ĩde trãſcripſiſſe. Timæũ alii platoné dicũt hæc a dionyſio acce piſſe reluctanté licet abductũ ex carcere adoleſcenté & philolai diſcipulis. Refert demetrius ĩ homonymis pythagorica de natura reꝶ hũc primũ ediſſe: quoꝶ ẽ initiũ.primo ĩ mundo natura coacta ẽ ex infinitis ac finitis munduſque totus & que ſunt in ipſo omnia.

Eudoxus.

Vdoxus æſchini filius Cnidius aſtrologus.geometra.medicus ac le/ giſer fuit.ac geometriã quidẽ ab archyta didicit.In medicĩa uero phi liſtiõe ſiculo præceptore uſus ẽ:ut callimachus ĩ tabulis ait. Porro ſo tiõ ĩ ſucceſſiõib9 platõis quoq; auditoré fuiſſe ſcribit. Nã cũ ãnũ.xxiii tæatis agert:ſũmoque iter pauptatis ãguſtias diſcẽdi ſtudio flagraret ſocratico/ rũ gloria pcitũ athéas cõtédiſſe cũ theõedõte medico:a quo & nutriri ſolitũ.nec defuerũt q dicerét ipius pædicã fuiſſe. Deuectus ãt ĩ piræũ athéas quotidie aſcen

debat ibique cum ſophiſtas audiſſet ad portum regrediebatur. Duos autem ibi menſes remoratus domum reuertit. Vnde rurſus amicorum largitate ſuffultus in ægyptum cum chryſippo medico profectus eſt commendatitias ab ageſilao litteras ad nectabim ferens: a quo & ſacerdotibus intente commendatus eſt: Ibi annum unum & menſes quattuor remoratus mento atonſo atque ſupercilio. viii. annorum hiſtoriam ſecundum quoſdam conſcripſit: inde iã cizici atque in propontide, phãtus mauſolum itidem uiſere uoluit. Tum uero athenas rediit habens ſecum diſcipulos plurimos contriſtandi: ut quidam uolunt platonis gratia: ꝙ is ab initio illum ab ſe dimiſerat. ſunt qui dicant conuiuium platoni celebranti ipſum adſtantibus plurimis hemicyclium accubitũ introduxiſſe. Enimuero nicomachus ariſtotelis filius illum ait uoluptatem bonũ dicere. Exceptus autem in patria magno cum honore eſt: cuius rei indicio eſt honorificum de illo factum decretum. Apud græcos quoque clariſſimus fuit: ciuibuſque ſuis leges conſcripſit: ut hermippus in quarto de. vii. ſapientibus libro refert. ſcripſit item de aſtrologia & de geometria & de aliis quibuſdam inſignia opuſcula. Tres autem habuit filias hactidem: philtidem: delphidem. Refert heratoſthenes in libris ad hecatonem ipſum & cynicoꝝ dialogos compoſuiſſe: alii ægyptios quidem lingua ſua illos conſcripſiſſe. Hunc uero traductos græcis edidiſſe tradunt. eius chryſippus erinei filius Cnidius auditor fuit in his quæ de diis: de mundo: de cæleſtibus docentur. In medicina uero philiſtione ſiculo præceptore uſus eſt. Reliquit autem & commentaria pulcherrima & eruditionis plena. huius filius ariſtagoras fuit: cuius chryſippus ethlii filius diſcipulus fuit: cuius feruntur modi illi ad uidendas ſpeculatiões naturales: quæ in animam eius uenerant accommodati. Fuerunt autem eudoxi tres. primus hic ipſe. Secundus rhodius hiſtoriarum ſcriptor. Tertius ſiculus. Agathoclis filius poeta comicus: qui ter urbana uicit certamina: quinquieſq; lenaica ut apollodorus in chronicis ait. Inuenimus & alium medicum Cnidium: quem ait eudoxus in terræ ambitu ſemper admonere ſolitum articulos iugi agitatione exercendos ſenſuſque ſimiliter. Idem uero refert eudoxum Cnidium circa centeſimam & tertiam olympiadem claruiſſe atque lineas curuas repperiſſe. Moritur autem tertium & quinquageſimũ agens annum. Cum uero adhuc in ægypto moraretur cum ichenophi heliopolitano apis illius pallium lingere uiſus eſt. Celebrem ergo illum fore nec longæuum ex eo oſtento ſacerdotes dixere: ut fauorinus in commentariis refert. eſt & noſtrũ in hunc.

A boue cornuto propriam prædiſcere ſortem
Eudoxum fama eſt quondam memphitis in urbe.
At quia ſermonem uitulo natura negauit:
Nil dixit: ſtolam lingens obliquus aperte
Hoc docuit moriere cito: non otius alter.
Illi igitur celeri uenit mors horrida paſſu
Annos intuito ter denos triſque uiginti.
Eudoxum ob famæ claritatem gloriamque appellabant.

Diogenis Laertii de uitis philoſophorum Liber nonus.

Heraclitus epheſius.

QVoniá ergo de nobilibus pythagoricis diximus:nũc iá ſparſim:ut aiũt:de claris qbuſdá philoſophis loq̃/mur:ac primũ de heraclito dicẽdũ.Heraclitus bli/ſonis ſiue ut qdã uolunt herationtis filius epheſius circa.lxix.olympiadẽ clarus eſt habitus.Fuit aũt ul tra cæteros alto aĩo &,contẽnẽte oẽs:ut ex ipſo eius opere oſtẽdiť:ubi ait multa peritia mentẽ nõ docet Heſiodũ ſiqdẽ docuit & pythagorã:rurſuſq; xeno/phanẽ atq; hecatæũ.Ná licere unũ ſcire ſapientẽ ſen tẽtiá qua gubernenť oĩa per oĩa:homerũq; dicebat dignũ qui ex certaminibus eiiceret:colaphiſq; cæ/dereť:archilochũq; ſimiliter.Dicebat aũt & iniuriá extĩguere oportet magis q̃ ardẽtẽ rogũ:plebẽq; pro lege nõ ſecus ac ꝓ muro pugnare.Acriter aũt epheſios carpit quod amicũ ſuum hermodoꝝ eiecerát dicẽs.mereť epheſii oẽs adulti mori:impuberibuſq; urbẽ dereliquere:quoniá hermodoꝝ ſui præſtátiſſimũ expulerũt dicẽtes:noſtrũ ne/mo ĩæq̃lis ſit:quod ſi qs erit talis:alibiq; & cũ aliis.Cũ aũt rogareť a ciuibus ut le ges eis poneret:facere contẽpſit:ꝙ iá ciuitas peſſima cõſuetudine ĩbuta eſſet.Sece dẽs uero ad phanũ dianæ cũ filiis talo ludebat.Circũſtátibus aũt ſe epheſiis quid ingt miramini o ꝑditi:nõne præſtat iſtuc facere q̃ uobiſcũ ultra rẽ adminiſtrare? tádẽ hoĩum odio parcitus exiit:uitáq; in montibus ducebat olera comedẽs.eius rei grá morbo aquæ ĩtercutis arreptus ad urbẽ deſcẽdit:medicoſq; per ænigma/ta ſciſcitabať an poſſent ex ĩbre ſiccitatẽ facere.Illis nõ ĩtelligẽtibus ſeipm̃ boum ſtabulo ĩcludẽs & fimo bubalino obruẽs eo calore arbitrabať noxiũ ac exũdan/tẽ humorem exhaurire poſſe.Vbi uero ne ſic quidem aliquid proficere conſpe/xerat moritur.lx.ætatis agens annum:& eſt in ipſum noſtrum ſic.

Sæpe ego miratus quondam quonammodo poſſet
Hæraclitus uitæ uiuere difficilis.
Eſt tamen extinctus:cum corpora namq; rigaſſet
Lympha: diem extinxit: attulit & tenebras.

Hermippus aũt refert illũ medicis dixiſſe.Nũ poteſtis præſſis ĩteſtinis humorẽ exhaurire?negátibus ſe ipm̃ ſolis obieciſſe radiis ac iuſſiſſe pueris boum fimo ſe oblinere:eo calore maceratũ poſtridie obiiſſe diẽ:ſepultũq; in foro fuiſſe.Nean/thes uero cyzicenus ait illũ fimo bubulo cũ ſe eximere nõ poſſet ita ꝑſtitiſſe atq; ob eá mutationẽ ignoratũ a canibus diſcerptũ eſſe.Fuit aũt a puero mirabilis:& cũ eſſet iuuenis nihil ſe dicebat ſcire.Vbi uero ad uirilitatis annos euaſerat nihil ignorare.neminẽ qdẽ audiuit:ueꝝ ſemet ĩueſtigandæ ueritati dediſſe:oĩaq; ex ſe metipſo didiciſſe ait.Sotion aũt quoſdá dixiſſe refert xenophanis illũ frequẽtaſ/ſe auditoriũ:ariſtonẽq; ĩ libro de heraclito dicere aquæ ĩtercutis illũ curatũ ægri tudine:morbo alio uitá finiſſe.ei opinioni & hippobotus accedit. Eius uero qui

eſt iudicium ſiue iniudicatum. At ſi quidem iniudicatum eſt improbatum con/ſiſtit: exciditq; a ueri falſiq; iudicio. Sin uero: iudicatum unum erit eoꝝ quæ per partes iudicantur. Itaq; ſi idẽ eſt & iudicare & iudicari: id quoq; quod iudiciũ iu/dicauit ab altero iudicabitur. Illudq; rurſus ab alio: atq; in ĩfinitũ procedet: præ/ter q̃ quod de iudicio ſententia concors non eſt: aliis hominẽ iudiciũ eſſe dicenti/bus: aliis ſenſum: aliis rationẽ: quibuſdã item perceptibilẽ phãtaſiam: atq; homo quidẽ & ſecũ & cum aliis diſſidet: quod ex legũ cõſuetudinũq; differẽtiis conſtat. Porro ſenſus falſa renunciant. ratio aũt diſcordat: perceptibiliſq; phãtaſia ab ani/mo iudicatur: animuſq; ipſe uariis motibus uertitur. hac ergo ratione ignotũ eſt iudiciũ: ac per id ueritas quoq; ignoratur. Signũ item eſſe negant. nam ſi quidẽ ſi/gnum eſt ĩquiunt: aut ſenſibile ſit neceſſe eſt aut ĩtelligibile. at ſenſibile non eſt. nã ſenſibile cõmune: ſignũ uero propriũ eſt: ac ſenſibile quidẽ ſecũdum differentiã: ſignum uero eoꝝ quæ ad aliquid dicuntur eſt. ĩtelligibile itidẽ non eſt. Nam ĩtel/ligibile non eſt ſiue quod appareat ex eo quod uidetur: ſiue quod nõ appareat ex eo quod non uidetur: ſiue quod non uideť ex eo quod apparet: ſiue quod uideť ex eo quod non apparet & apparet. ſignũ ergo non eſt. Nam nullus iſtoꝝ ſignum eſſe poteſt. Ex eo aũt ſequitur nihil incertũ comprehẽdi poſſe. Nam per ſigna di/cũtur obſcura comprehẽdi. Cauſam itidẽ hac ratiocinatione tollunt. cauſa eoꝝ quæ ad aliquid dicuntur eſt. quippe ad cauſale eſt. Quæ uero ad aliquid dicũtur ſolũmodo intelliguntur: non aũt exiſtunt. & cauſa igitur tantũ intelligitur. Nam ſi quidẽ cauſa eſt: illi deeſſe non debet cuius dicitur cauſa: alioquin cauſa non erit. At ſicuti pater niſi adſit is ad quẽ pater dicitur: nequaq̃ pater eſt: ita & cauſa. Non aũt adeſt ad quod cauſa ĩtelligitur: neq; enim generatione neq; corruptione neq; aliud quippiã. non ergo cauſa eſt. Atqui ſiquidẽ cauſa eſt ſiue corpus corporis eſt cauſa: ſiue ĩcorporale ĩcorporalis. Nihil eſt aũt hoꝝ. non igitur eſt cauſa. nã utraq; eandẽ habẽt naturã: & ſi alteꝝ dicitur cauſa inq̃tũ corpus eſt & reliquũ corpus cũ ſit efficietur cauſa. At ſi cõmuniter ambo cauſæ erũt nihil erit patiẽs. Porro ĩcor/poreũ ĩcorporei nequaq̃ cauſa erit. ob eandẽ rationẽ ĩcorporeũ itẽ corporis cauſa non erit: quia nihil ĩcorporeũ corpus facit. corpus itidẽ incorporei cauſa non eſt: quia quod fit ex patiẽte ſubiecta materia eſſe debet. Nihil aũt patiẽs ex eo ꝙ ĩcor/poreũ ſit: nec ab aliquo quidem fit. non eſt igitur cauſa: atq; ita colligitur minime ſubſiſtere prĩcipia reꝝ. Aliquid enim ſit neceſſe eſt quod facit atq; operatur. Enĩ/uero neq; motus eſt. nã quod moueť uel in loco ubi eſt: uel in eo ubi nõ eſt mo/uetur. in quo aũt non eſt neq; mouetur. Non eſt igitur motus. Diſciplinã itẽ hoc modo auferebãt. Si quid aiebãt docetur ſiue quod eſt eo ipſo quod eſt: ſiue quod non eſt eo ipſo quod non eſt docetur. neq; uero quod eſt eo ipſo quod eſt doceť. Nãq; natura omniũ quæ ſunt: oĩbus patet atq; cognoſcitur. neq; id quod non eſt eo quod non eſt. Ei aũt quod non eſt: nihil contigit: ita ne doceri quidẽ: ne gene/ratio quidẽ ĩquiunt eſt. Neq;. n. fit quod eſt: eſt quippe. neq; quod non eſt: neq;. n. ſubſiſtit. quod aũt non ſubſiſtit: neq; eſt: neq; fieri quidem meruit. Natura quoq; bonũ aliquid aut malũ eſſe ita negãt. ſi quid aiũt natura bonũ aut malũ eſt: omni/bus bonũ aut malũ eſſe debuit: quẽadmodũ & nix omnibus æq; frigida eſt. nihil

eſt autem bonum aut malum quod ſit commune omnium.non igitur eſt natu
ra bonū aut malū.Aut.n.omne quod a quopiā putatur bonū dicendū eſt:aut nō
omne.At omne quidē dicendū non eſt:nāq; idē ab aliquo putať bonū:ſicuti uo/
luptas ab epicuro:ab aliquo ecōuerſo malū.Contigit igiť id quod fieri nō poteſt
idē & bonū eſſe & malū:quod ſi non oē quod ab aliquo putať:bonū dixerimus:
neceſſe erit nos diſcernere opiniones:q̄ ꝑ parē rōnū uim poſſibile nō eſt.Ignorať
itaq; qd ſit natura bonū.Licet aūt totū cōcluſionis illoꝶ modū ex his:quæ reliq/
re monumētis aīaduertere.At.n.pyrrho qdē ipſe nullū reliqt opus:ueꝶ diſcipu/
li & neceſſarii ſui.Timon & æneſidemus numeni uſq; atq; nauſiphanes atq; alii
huiuſmodi cōtradicētes dogmatici aiūt illos & cōphēdere & dogmata afferre.
nā in eo quod arguere:& cæteros euertere conanť ꝓfecto cōprehēdūt:atq; in eo
ipo & aſſerūt & dogmata iſerūt.Nā cū ſe nihil diffinire aiūt:oīq; rōni cōtrariā ob/
iectā eſſe rōnē:ea ipſa & diffiniūt & dogmata ꝓferūt cōtra quos illi reſpōdēt.Atq
ea quæ patimur ut hoīes fatemur:nā & quod dies ſit:quodq; ſit generatio:quod
q; uiuamus & cætera in hūc modū quæ in uita nr̄a manifeſta ſūt ſcimus.cæteꝶ
in his quæ dogmatici aſſerūt ea ſe rōne cōprehēdere dicētes:ueluti in certis cōti/
nemus aſſenſum.ſolas uero paſſiones agnoſcimus.Nāq; & nos uidere cōfitemur
noſq; id itelligere ſcimus:ueꝶ quo pacto uideamus aut itelligamus ignoramus:
quodq; hoc albū uideať narrādo dicimus:nō aſſerēdo an uere ita ſit.Porro de ea
uoce:qua nihil nos diffinire dicimus atq; ſimilibus quæ dicunť nō dogmatibus:
neq;.n.ſimilia ſunt his quæ illi aſſerūt puta globoſus ſphæræ iſtar ſit mūdus:nā
id qdē icertū eſt.hæ uero certæ cōſenſiones ſunt in eo.itaq; q̄ nihil diffinire dici/
mus:neq; hoc ipm diffinimus.rurſus illos dogmatici uitā etiā tollere aſſerūt:dū
oīa ex qbus uita cōſtat euertūt.cōtra eos illi mētiri arguūt.nō.n.uiſum ſe auferre
ſed quomodo ſe habeat uis uidendi ignorare ſe dicunt.Atq; quod apparet poni/
mus non q̄ tale quale cerniť ſit.ignis itē incēdia ſentimus:ueꝶ an habeat icēdēdi
naturā aſſenſum cōtinemus:quodq; moueať quiſpiā & quod intereat uidemus:
Veꝶ iſta quo pacto fiāt ignoramus.Eis igiť aiūt ſolū reluctamur:quæ conſpicuis
rebus ꝓxime aſſiſtūt icerta.Nāq; dum effigiē eminētias hr̄e dicimus quod uideť
exponimus.cū uero non habere eminētias aſſerimus:nō iā quod cerniť ſed aliud
dicimus:Vnde & timon in pythone ait nō exceſſiſſe cōſuetudinē:atq; in dalmis
ita dicit.at quod uideť omni robore quocūq; ꝑuenerit:atq; i libro de ſenſibus q̄
iquit.iſtud dulce ſit non aio:quod aūt uideať aſſentior.æneſidemus quoq; in pri
mo de pyrrhonis rōnibus nihil ait ꝑ modū dogmatis diffinire pyrrhonē ꝓpter
cōtradictionē:ueꝶ quæ ſūt cōſpicua ſeq.eadē ferme ait i libro cōtra philoſophiā:
& in libro de quæſtione.Zeuxis itidē æneſidemi neceſſarius in libro de duplici/
bus rōnibus:antiochuſq; laodicenus & appellas in agrippa ea ſolū ponūt quæ ui
denť.Eſt igiť iudiciū ſecūdum eiuſmodi ſcepticos qđ uideť:ſicuti & æneſidemus
ait.i ea ſnīa & epicurus fuit.Porro democritus nihil ſe noſſe ait eoꝶ quæ uidenť.
Quædā uero ex his ne eē qdē.Aduerſus huiuſmodi iudicium dogmatici aiūt ab
eis ipſis uarias phantaſias incidere queadmodū a turre uel rotūda uel quadrata.
Scepticus ſi neutrū præfert ſine effectu erit.ſin uero alterā ſequiť:non iam inqui/

unt æquas uires his quæ uident̃ reddet: Ad quos aiũt ſceptici: ꝙ quãdo uariæ ĩcidẽt phantaſiæ ueraſq; uideri dicemus: atq; iõ uiſibilia ponere qu ia uident̃: poſtremo aũt ſceptici aſſenſus cõtinentiam eá aſſerunt q̃ ſequat̃: umbre in morem aĩ tranqllitate atq; conſtátia: ut ait & timon & æneſidemus. neq;. n. iſta aut fugeremus aut eligeremus quæ in nobis ſunt: quæ uero ĩ nobis nõ ſunt ſed p neceſſitatem uitare nõ poſſumus ut ẽ ſcepticos eſurire & ſitire & dolere. neq;. n. iſta rõne auferri poſſunt. dicẽtibus uero dogmaticis poſſe uiuere ſcepticos nõ detractãdo ſi iubeãt ẽt pr̃em necare: reſpondent illi de dogmaticis quõ uiuere poterit & abſtinere qõnibus nõ de mũdanis & obſeruãdis: Itaq; & eligimus aliqd ex cõſuetudine & fugimus & legibus utimur. Sunt aũt q dicant ſcepticos fiñe dixiſſe trãquillũ animi ſtatum. Sunt item qui manſuetudinem.

## Timon nicæus.

TImon appolloniates nicæus: de quo in. i. cõmentarioꝝ ĩ ſillos libro diximus: ꝙ opus ſuũ ille tiberio cæſari dedicauit: timoné aſſerit patre timarcho genere phliaſiũ fuiſſe: iuuenẽq; ſaltatiõi opã dediſſe: choreaſq; duxiſſe. poſtmodũ uero choreis repudiatis megara ſe ad ſtilponẽ cõtuliſſe: q cũ diutius cõmoratũ rurſus ĩ pr̃iam rediſſe: uxorẽq; duxiſſe. Tũ in elidẽ ueniſſe cũ uxore ad pyrrhonẽ: ibiq; moratum eẽ: quoad illi filii nati eẽnt: quoꝝ q maior natu erat: xanthũ uocaſſe: medicinãq; docuiſſe: uiteq; & inſtituti ſui ſucceſſorem reliqſſe. Erat aũt ſicut & ſotiõ ĩ. xi. eloquentia & ſapĩa inſignis: cũ tamẽ egeret alimentis in helleſpõtum ꝓpõtidẽq; cõceſſit: atq; ĩ chalcedone philoſophiã & oratoriã exercens multũ admirationis emeruit. Hinc iã locupletior factus athenas ꝓfectus ẽ: atq; illic ad obitum uſq; pſeuerauit cũ breue tẽpus thebis egiſſet: antigono itẽ regi & ptolemæo philadelpho cognitus & carus fuit: ſicut ipſe ĩ iãbis illi atteſtat̃. Erat aũt inqt antigonus & potationis ſtudioſus atq; philoſophis ĩterdũ uacabat. Nãq; & poemata cõſcripſit & uerſus & tragœdias & ſatyras & comœdias. xxx. tragœdias uero. lx. ſillos itẽ & cinædos. ferũt̃ eius & libri uarii ad. xx. uerſuum milia tendẽtes: quoꝝ & antigonus caryſtius meminit: qui uitã ipſius conſcripſit. ſilloꝝ uero li. iii. ſunt in quibus utpote ſcepticus in dogmaticos oĩs maledicta atq; cõuitia ĩtorquet. ex his primus planã atq; pſpicuam hẽt interpretationẽ enarrationis in modũ. porro ſecũdus & tertius dialogi ſpẽm tenẽt. Videt̃ aũt zenophanem colophoniũq; de ſingulis inquirere. Illeq; ſibi reſpondere. atq; in. ii. quidem de antiquioribus. In. iii. autem de poſterioribus agit. Vnde illum quidam epilogũ inſcripſere. prim us aũt eadẽ cõtinet preterq̃ ꝙ poeſis illa ex pſona ſua ẽ. Hoc aũt illius fuit initium. Mortuus eſt autem annoꝝ ferme. lxxx. ut ait antigonus & ſotiõ in. xi. Hũc ego luſcum didici. nam & ipſe cyclopẽ ſe appellabat. Fuit & alter timõ hoĩes ĩprimis exoſus. Fuit aũt philoſophus timõ hortoꝝ ſtudioſus maxime ac ſolitudinis amãs queadmodũ & antigonus refert. Fert̃ hieronymus pipateticus de illo dixiſſe. ſicut apud ſcythas & qui fugiũt & q pſecunt̃: ſagittas ĩtorquẽt: ita & apud philoſophos alii pſequẽdo diſcipulos capiũt alii fugiẽdo: queadmodũ & timõ. Erat aũt acri ingenio atq; ad irridẽdũ ꝓmptus & uehemẽs: lr̃atorq; illuſtris: & poetis fabulas ſcribere aptiſſimus

& poemata cōponere.alexandrum uero & homeꝝ tragoediaꝝ ſocios accerſere
gaudebat.& cū uel ab ancillis uel a canibus pturbaretur uerſificare ſolitus erat.ni/
hil æqꝫ ſtudēs atqꝫ tranqllā uitā apprehēdere. aiūt aratū ab illo quæſiſſe quo pa/
cto quiſpiā homeri poema ſine menda conſeq poſſet:illūqꝫ dixiſſe:ſi antiqua le/
gat exēplaria non ea que nuper emendata ſunt:neglecta quoqꝫ apud illum poe/
mata iacebant aliquādo & corroſa adeo ut cū & zopyreo oratori quiddā recita
ret euolueretqꝫ uolumē & qđ occurrerat legeret:ī medio ferme operis pricipiū
notarit auulſum loco eatenus ignorans. Adeo uero indifferens ac facilis in uictu
erat ut nullū prandii tēpus obſeruaret.aiūt aūt ipſum cū uidiſſet arceſilaum aſſē
tatoꝝ īcedentē mediū dixiſſe quid huc tu ueniſti ubi nos liberi ſumus: aſſidue/
qꝫ dicere ſolitus erat ad eos qui ſenſus cū animi atteſtatione diiudicāt cōuenit at
tagaſqꝫ & numēius.cōſueuerat & iſta ludere.Deniqꝫ ad eū qui cūcta mirabaťait.
quid aūt nō miraris:quia.iii.cū ſimus.iiii.hēmus oculos? Erat aūt ipſe luſcus &
dioſcorides diſcipulus eius.Rogatus aūt aliquādo ab arceſilao cur ex thebis ad/
eſſet:ait ut uos in aperto intuens rideam.arceſilaū tamen cū in ſillis carperet:lau
dauit illum in eo libro:qui inſcribitur arceſilai de cænis.huius ſucceſſor ut me/
nodotus refert nemo fuit:ſed eiuſce defecit inſtitutum:donec illud ptolemæus
cyreneus īſtaurauit. Porro hippobotus & ſotiō ipſius auditores fuiſſe tradūt di
oſcoridē cypriū & nicolochū rhodiū euphranorēqꝫ ſeleutiū:& praylū a troade:
qui adeo cōſtāti aīo fuit ut tradit philarchus hiſtoricus:ut patereť ſe iniuſte ue
luti proditorē cruciari ciues ne uerbo qdē ſupplici exorans. euphranorem autē
eubulus alexandrinus audiuit.eubuli uero ptolemæus auditor fuit.Eū uero ſar
pedō & heraclides audiere.Porro heraclidē æneſidemus gnoſius audiuit:q pyr/
rhoniaꝝ rōm.viii.cōſcripſit libros. æneſidemū zeutippus polites:zeutippū ue/
ro zeucis q goniopus dictus ē.Hūc antiochus laodicenus ex lyco:quē rurſus me
nodotus nicomedenſis medicus empericus & theodas laodicenus audiere.me/
nedotum aūt herodotus ariei filius tarſenſis.Herodotum uero ſextus emperi/
cus audiuit:cuius ſunt decem illa uolumina. Aliaqꝫ pulcherrima. Porro ſextū
ſaturnius audiuit cognomento cythinas & ipſe empericus.

EPicurus Neoclis & chæreſtratæ filius patria athenſ
enſis:pago chargettius ex philidaꝝ familia:ut me/
throdorus ī libro de īgēuitate refert:fuit.Sunt q il
lum dicant & in primis heraclitus in ſotionis bre/
uiatione:cū athenienſes ſamū ſortiti eēnt: illic nu/
tritū eē:ac demū. viii.x. agentē ætatis annū rurſus
athenas cōceſſiſſe:quo tēpore xenocrates in acade/
mia:ariſtoteles chalcide ſcholā hēbant. Defuncto
autē alexandro macedonæ rege & athenienſiū ſub
pdica afflictis rebus colophonē ſe ad patrem cōtu
liſſe.Vbi cū aliqdiu cōmoratus eēt:cōgregaſſetque
diſcipulos:athenas iteꝝ rediſſe ſub anaxicrate:ibi/
qꝫ aliquatenus cum cæteris cōiter phātū eē:Deide

ſeorſum ſectam a ſe uocatā conſtituiſſe.quartodecimo uero ætatis anno philo/
ſophiæ dare operā cœpiſſe ipſemet teſtis ē.Apollodorus aūt epicureus ī prio de
uita epicuri refert illū ad philoſophiam ſe cōtuliſſe:grāmaticos arguentē:ꝙ ꝑcō
tāti ſibi qdnā eēt apud heſiodū chaos:exponere non potuiſſent.grāmaticā uero
illū docuiſſe primū ac demū lectis democriti libris philoſophiæ dediſſe manus
hermippus auctor eſt.Idq; timonē de illo dixiſſe:Vltimus rurſus phyſicoꝝ & ex
tremus ex ſamo uenit:lraꝝ præceptiuus & inductiuus uiuentiū.adiecti ſunt au
tem illi ad philoſophandū ipſo hortāte tres ipius fratres:neocles.ſ.chæredemus
& ariſtobulus:ut ait philodemus epicureus ī.x.de philoſophoꝝ cōpoſitiōe. Ser
uus itē illius mus noīe:ut myronianus refert ī legibus hiſtoricis capitulis.Eni/
uero diotimus ſtoicus īfeſto aduerſus illum aīo acerriē illū īſectatus ē qnquagi/
ta ferēs impudicas & laſciuas ueluti ab epicuro ſcriptas epiſtolas:eaſq; quæ chry/
ſippi ferunt:ueluti ſub eius noīe cōponens.Poſſidonius itē ſtoicus & nicolaus &
ſotion in.xii.eoꝝ quæ īſcribūtur dioclis argumēta.Sūt aūt fere.xxiiii.& diony/
ſius alicarnaſeus una cū mr̄e ædiculas circuiſſe purgamēta legentē: lraſq; cū pr̄e
docuiſſe mercedis exiguæ ſtipe tradūt.Vnus quoq; ex fratribus lenocinatū eſſe:
ipſūq; leontiæ meretrici cōgredi ſolitū. Democriti quoq; de atomis ariſtippiq;
de uoluptate libros ut ſuos aſſeruiſſe:neq; fuiſſe legitimū ciuē:ut timocrates ait
& herodotus ī libro de pubertate epicuri:mithroq; lyſimachi diſpenſatori per
epiſtolas fœde adulatū eē pæanē illū ac regē appellando.Idomeneū itidē & hero
dotū atq; timocratē:qui ſe eatenus obſcuꝝ:ſuaq; dogmata illuſtrarent ꝑ epiſto
las laudare:eiſq; ob hoc ipſum aſſentari.Scribēs ad leōtiā qdē in hūc modū.pæ/
an rex o mea leōtariū cuiuſmodi me īpleuit plauſu tuā epiſtolā legētē.ad themi
ſtam itē leōtis uxorem.Quotus.n.inqt ego ſū niſi uos ad me ꝓficiſcamini:ꝓm/
ptus ipſe quocūq; uos ac themiſta me arceſſatis irruere.Ad pythoclem uero for
moſū adoleſcentē:cōſumor inqt atq; deficio:amabilē tuū atq; diuinū igreſſum
ſuſtinēs.Rurſumq; ad themiſtā ſcribēs:monere ipſam arbitrat:ut theodorus ī
q̄rto aduerſus epicuꝝ libro ait:aliis itē cōpluribus meretricibus ſcribit & leon/
tiæ ī primis quā & methrodorus amarit.In libro quoq; de finibus ſic loquit.Nā
equidē nihil hēo:quod bonū ītelligā:ſi ſapoꝝ uoluptates:& quæ ex uenereis cō/
ſtant:& quæ auribus ꝑcipiuntur: quæq; ex formæ uenuſtate blandiunt oculis
auferā.Scribit itē ī epiſtola ad pythoclē.oēm aūt diſciplinā o fortunate fuge.Epi
ctetus quoq; ut laſciuius loquentē ſugillat maximiſq; probris lacerat & maledi
ctis īceſſit.Timocrates item ī his quæ īſcribunt de lætitia.Metrodori frater ipſi
uſq; diſcipulus eius relicta ſchola bis illū diebus ſingulis uomere ſolitū: & nimi/
is d̄litiis ſolutū refert: ſeq; ipſū narrat uix effugere potuiſſe nocturnā illā philoſo
phiā myſticūq; īſtitutū.Epicuꝝ quoq; multa ī orōne peccare atq; ī uita lōge plu
ra:corporeq; adeo miſerabiliter affectū:ut cōplures ānos cōſurgere e ſella neque
rit:minā ꝑ quottidie ī cibos cōſumere:ut ipſe ī epiſtola ad Leontiā ſcribit: atq; ī
eis q̄s ad mitylenēſes philoſophos ſcripſit:Cōgrediq; ſibi ac Metrodoro & ſcor/
ta alia Marmariū & Hædeā & Erotiū & Nicidiū:ī eis quoq; uoluminibus quæ
de natura ſcripſit.xxxvii.numero cōplura huiuſmodi inſerere.Cōtrariaq; ī ipis

ac cæteris libris Nauſiphani plurima ſcribere:ita fere ad uerbiũ dicens:Sed hẽt: habuit enĩ ille mœrẽs oris gloriã ſophiſticã:quẽadmodum & alii complures ex mãcipiorũ numero.Ipſumq́ Epicurũ in epiſtolis iſta de Nauſiphane dicere.Adduxit illũ hoc ĩ eiuſmodi exceſſũ uti ne maledictis ĩpeteretur:magiſtrũq́ inuocaret:platonẽ quoq́ ipſum ac deceptorem & ſcortũ ac ſine lr̃is uocabat.Platonis item ſectatores Dionyſii aſſentatores.platonẽ quoq́ ipſum aureũ:& Ariſtotelẽ prodigũ:q paterna ſubſtãtia cõſumpta militaſſet:& uenena uendidiſſet:appellabat.Baiulũ Protagorã:& librariũ Democritũ:q ĩ cõmæſſationibus uixiſſet litteraſq́ docuiſſet.Heraclitũ quoq́ Cicetẽ merobibũ.Demoritũ mutata prima lr̃a Lemocritũ & Antidorũ Sannidorũ:Cyzicenos inimicos græciæ & dialecticos nimiũ inuidos:Pyrrhonẽ quoq́ ruſticũ & ĩperitũ appellabat: Sed hi profecto ĩſaniunt.Nãq́ uiri huius ad oẽm incredibilẽ gratitudinẽ ꝑmulti teſtantur . patria itẽ quæ ſtatuis æreis illũ honorauit.amici quoq́ tã multi ut eos ne urbes quidẽ integre capere ſufficiãt.Sotiiq́ oẽs ac diſcipuli quos illius dogmaticæ Sirenes occuparunt: præter unũ Metrodorũ ſtratonicenſem:qui ab illo ſe ad Carneadẽ cõtulit:cui forte grauis erat uiri ineffabilis & ĩmenſa bonitas : illiuſq́ ſcholæ iugis ꝑpetuaq́ ſucceſſio.quæ cæteris ferme oĩbus deficientibus ſola perſiſtit ꝑpetuis uicibus diſcipulis illius inuicẽ ſuccedentibus.Summa præterea in parentes pietas:atq́ præcipua in fratres beneficientia:manſuetudoq́ in ſeruos:ſicut & ex eius teſtamẽtis liquet.& ꝙ ſecũ illi una philoſophati ſunt:ex quibus tamen clariſſimus fuit is quẽ prædiximus Mus.eximiaq́ eius in oẽs humanitas.Nã quid de cultu ad deos & de amicicia ad pr̃iã dicã:quã cõſtãtiſſime uſq́ ad finẽ tenuit: quippe per ſummam modeſtiam ad remp.accedere noluit.Et cum difficillima tempora tunc græciam premerent ſemper ibi perſeuerauit. bis aut ter ſolummodo ad Ioniæ loca profectus ad amicos qui ad illum undique innumeroſiſſimi conueniebant:ſecumque in horto uiuebant:ut ait etiam Apollodorus:quẽ & octoginta minas compararat.Porro Diocles in tertio incurſionis libro illos ait uiliſſimis & ſimpliciſſimis cibis uitam egiſſe.parciſſimo enim inquit uini poculo contenti erant:omniſque aqua illis ad potum cedebat.nolebat autem Epicurus ſectatores ſuos in commune ſubſtantias deponere ueluti Pythagoras:qui communia omnia amicorum dicebat.Id quippe inſidorum eſſe non amicorũ dicens.Ipſe quoque in epiſtolis aqua tantum & cibario pane ſe contentum eſſe teſtatur:& mitte inquit mihi caſei cythridi paululum : ut cum epulari præcioſius uoluero poſſim. Huiuſmodi illius uita fuit:qui uoluptatem finem aſſerit Eum Athenæus ita ſuo laudauit Epigrammate.

In peiora trahat uos non explebile lucrum.
Præbeat & rixas ſæuaq́ bella uiri.
Cenſus habet nimium non tempora longa ſuperbus.
Iudicium finis nullus inane petit.
Hoc Epicurus ait quod muſis audiit olim:
Aut phœbi tripodes edocuere ſacræ.

Sciemus id manifeſtius in ſequẽtibus & dogmatibus & ex uerbis eius. Maxime
uero auctore Diocle ex antiquis amplectebaẗ Anaxagorã:& ſi in quibuſdã illi cõ
tradixerit. Archelaum quoqꝫ Socratis magiſtrũ. exercebatqꝫ ĩquit diſcipulos:ut
etiã memoriter illius teneret libros. Hũc apollodorus in chronicis Nauſiphanẽ
& Praxiphanẽ audiſſe tradit. Verꝝ hoc ille de ſe nõ dixit. Extat eius ad Eurydotũ
epiſtola:Sed neqꝫ Leucippũ aliquẽ philoſophum fuiſſe ait:neqꝫ ipſe neqꝫ Herma
chus quẽ Democriti fuiſſe præceptorẽ cum alii tradũt:tum etiã apollodorus Epi
curæus. Cæterꝝ demetrius magneſius Xenocrates eũ quoqꝫ auditorẽ fuiſſe aſſe/
rit. Vtiẗ aũt in rebus uocabulis ꝓpriis:quæ quoniam ſimpliciſſima ſunt:Ariſto/
phanes grãmaticus culpat. Adeo aũt apertus dictione fuit ut in libro de oratoria
nihil aliud q̃ perſpicuitatẽ orõnis ĩquirendũ ac perſequẽdũ moneret:Atqꝫ in epi/
ſtolis ubi cæteri ſcribebãt χαίρειν:ipſe ponebat ευπραττειν:honeſte uiuere præ
claꝝ eſt. Alii tradũt in uita Epicuri normã illũ ſcripſiſſe de Nauſiphanis tripode.
cuius fuiſſe auditorẽ uolũt. Pamphiliqꝫ platonici apud Samũ. philoſophariqꝫ cœ
piſſe duodecimũ agentẽ ætatis annũ:ſcholãqꝫ tenere trigeſimo ſecũdo ætatis an
no. Naſciẗ aũt ĩquit Apollodorus in chronicis cẽteſimæ nonæ olympiadis anno
tertio ſub Soſigene pricipe mẽſe gamelione. vii. menſis:ſeptẽ annis poſt platonis
obitũ. Cum uero trigĩta duoꝝ eſſet annoꝝ primũ mitylenæ & Lampſaci ſcholã
ĩſtituit annis qnqꝫ:demum ĩde Athenas migranit:ubi diem obiit anno ſecundo.
Cxxvii. olympiadis ſub Pytharato:cũ ſeptuagĩta & duos uitæ ĩpleſſet annos. Suc
ceſſit illi in regimine ſcholæ Hermachus Agemarchi filius mitylenæus. Obiiſſe
calculo urinæ exitũ ĩpediẽte Hermachus in epiſtolis ait:morbo quatuordecim
diebus fatigatum. Quo etiam tempore tradit Hermippus deſcendiſſe illum in
peluim æream aquis calentibus plenam:petiſſeqꝫ ſibi merum ad ſorbendum da
ri:atqꝫ monentem amicos meminiſſe dogmatum inter uerba defeciſſe.

Hoc moriens caris Epicurus dixit amicis:
  Dogmatis o memores uſqꝫ ualete mei.
Et calidam ingreſſus peluim:prædulce falernum
  Hauſit:& eſt ſtygias inde retractus aquas.

Hæc uiri uita:hic finis fuit. Teſtamentũ quoqꝫ ipſius legimus:Mea oĩa Amyno/
macho Philocratis filio Bathitæ do:Timocratiqꝫ Demetrii filio Potamio ſecun
dum eam:quæ in metroo ſcripta eſt:utriqꝫ factã donationẽ:ea cõditione:ut hor
tum quidẽ & quæ in illo ſunt Hermacho Agemarchi filio mitylenæo aſſignent:
eiſqꝫ qui cũ illo una philoſophanẗ:& quibuſcũqꝫ philoſophiæ ſucceſſoribus illũ
reliquærit Hermachus:ut in eo philoſophiæ dare operã poſſint. Vtqꝫ ſemper hi
qui a noſtro nomine philoſophi appellanẗ perdurẽt. Amynomacho & Timocra
ti eam:quæ in horto eſt ſcholã depoſiti iure cõmẽdo:ipſorũqꝫ poſteris. Cauebũt
aũt ipſi mãdabũtqꝫ hæredibus hortũ illũ ſeruẽt queadmodũ & ipſi:tradãtqꝫ phi
loſophãtibus ex noſtro nomine. Porro domũ quæ eſt in melite:dabũt Amyno/
machus & Timocrates Hermacho ĩhabitandã:Vnaqꝫ his qui ſecũ philoſophanẗ
q̃diu Hermachus uixerit. Ex eaꝝ autẽ reꝝ redditibus:quæ a nobis legatæ ſunt
Amynomacho & Timocrati:q̃tum poſſibile eſt cũ Hermacho curẽt:ut natalis

dies parentibus & fratribus ac nobis quotanis ſolēniter agatur intra diē decimā
gamelionis:ut etiā in conuētu ſolēni eoꝝ qui nobiſcū philoſophant̄ cuiuſq; mē/
ſis uiceſima die in noſtrā & Metrodori ordinationē.Curēt quoq; diē fratrū Poſi
deonis.īſuper curæ habeant diē Poliæni Metagitnione ſicuti & nos facimus.Cu/
ræ autē ſit Amynomacho & Timocrati Metrodori filiū Epicuꝝ:filiūq; Poliæni
educare:dum philoſophant̄ & cum Hermacho degūt.Similiter & Metrodori fi
liæ curā habeāt.& cū ad ætatē peruenerit:tradāt eā uiro:quēcūq; elegerit Herma
chus ex his qui ſecū philoſophant̄:ſitq; illa obtēperās & pareat Hermacho:Dent
aūt Amynomachus & Timocrates ex redditibus noſtris in cibū his annis ſingu/
lis quodcūq; cōmode fieri poſſe uidebit̄ id cū Hermacho deliberātibus.faciāt itē
ſecū reddituū dominū Hermachū:ut ex eius cōcilio qui nobiſcū cōſenuit in phi
loſophia prīcepſq; relictus eſt ſcholæ noſtræ fiāt ſingula.Dotē uero puellæ cum
ad annos nubiles uenerit:dare curabūt Amynomachus & Timocrates ex ſubſtā
tia noſtra:q̄tum eis ſatis eſſe uidebit̄:deducto cum hermacho cōſilio.curā itē ha
beāt Nicanoris quēadmodum & nos hactenus:ut quicūq; nobiſcū philoſophati
ſunt atq; res ſuas in cōmunē uſum cōtulerūt oēmq; alacritatem oſtendētes no/
biſcū in philoſophiæ ſtudiis cōſenuerūt:pro uiribus & modo facultatū noſtraꝝ
nullius rei quæ ad uictū neceſſaria eſt:egētes ſint.libros aūt oīs noſtros Herma/
cho tradāt.Quod ſi quid humanū hermacho cōtigerit priuſq̄ metrodori liberi
ad ætatē perueniāt:curæ ſit Amynomacho & Timocrati:ut liberaliter illi educē
tur:accipiātq; ex facultatibus noſtris quæcūq; illis erūt neceſſaria.curāq; cætera/
rum reꝝ ut a nobis īſtitutū eſt agāt:ut ſingula pro uiribus fiāt.Ex ſeruis aūt libe
ros dimitto:Murē:Niciā:& Lycōnē.Phædrā itē dimitto liberā.Iā uero moriens
ſcribit ad Idomeneū epiſtolā huiuſmodi.Cum ageremus uitæ beatū & eundē ſu
premū diē:ſcribebamus hæc.Tāti aūt morbi aderāt ueſicæ & uiſceꝝ:ut nihil ad
eoꝝ magnitudinē poſſet accedere.Cōpenſabat̄ tamē cū his oībus animi læticia:
quā capiebā memoria rōnū inuentorūq; noſtroꝝ.Sed tu ut dignum eſt tua erga
me & erga philoſophiā uolūtate ab adoleſcētulo ſuſcepta:fac ut Metrodori tuea
re liberos.hæc illius extrema diſpoſitio fuit.Fuerūt aūt illi diſcipuli plurimi egre
gii & ſapiētiſſimi Metrodorus Atheniēſis:Timocrates & Sandes Lampſacenus:
qui & ex quo agnouit uiꝝ ab eo nunq̄ diſceſſit:niſi tātū ſex mēſes quibus domū
ꝓfectus denuo ad illū reuerſus eſt.Fuit autē uir per oīa bonus quemadmodū &
Epicurus in præcipuis ſcribit.Atteſtat̄ aūt in tertio & Timocrati.huiuſmodi aūt
cum eſſet ſororē etiā Batidē idomeneo tradidit uxorē.Leontiāq; atticā meretri/
cem aſſumens pelicē habuit.erat aūt ītrepidus aduerſus turbationes omnis atq;
mortē:ſicut Epicurus in primo metrodoro tradit.Aiunt illū ſeptem annis ante
Epicuꝝ obiſſe diē q̄nquageſimū & tertiū agentē ætatis annum.Et ipſe aūt Epicu
rus in iis quæ recitauimus teſtamētis ipſius ut uita functi filioꝝ curā haberi mā/
dat:habuit aūt & prædictum familiarē quendā Metrodi fratrē Timocratē.Por/
ro Metrodorus hos ſcripſit libros ad Medicos tres:ad Timocratem de ſenſu:de
magnificentia:de īfirmitate Epicuri aduerſus dialecticos:aduerſus Sophiſtas.ix.
de itinere ad ſapientiam:de mutatione:de diuitiis: Aduerſus Democritum de

nobilitate.Fuit & Polyænus Athenodori filius Lampſacenus modeſtus & ama/
bilis ut Philodemus ait.Succeſſor item eius Hermachus Agemachi filius Myti/
lenæus uir inſignis.patre quidem paupere.pricipio autem oratoriæ operam de/
dit.Ferũtur & huius pulcherrima iſta monumẽta.De Empedocle epiſtolæ.xxii.
de diſciplinis aduerſus platonem:aduerſus ariſtotelem.Moritur autem apud Ly
ſiam uir ſane ut diximus illuſtris.Leonteus itidem Lampſacenus eiuſq; coniunx
Themiſta ad quam etiam ſcribit Epicurus.Colotes quoq; & Idomeneus & ipſi
Lampſaceni:atq; iſti quidẽ nobiliores ex Epicuri ludo fuere:adiecto & Polyſtra/
to ſucceſſore hermachi:cui ſucceſſit dionyſius:cui Baſilides Apollodorus quoq;
qui Cepotyrannus dictus eſt:clarus fuit.qui ultra quadringenta uolumina con/
ſcripſit.Duo quoq; Alexandrini Ptolæmei Melas atq; Leucus.Zeno quoq; Sido
nius Apollodori auditor:qui infinita ſcripſit.Demetrius etiam cognomento La
con.Diogeneſq; tarſenſis qui lectas conſcripſit ſcholas:Orion item & alii quos hi
qui germani Epicuri ſunt ſophiſtas appellant.erant aũt & alii Epicurei tres:Tele
ontei filius & Themiſtæ:alter magneſius:quartus Oplomachus.Scripſit autem
Epicurus infinita uolumina:adeo ut illoꝝ multitudine cunctos ſuperarit. Nãq;
Cylindri quidem ad trecentos ſunt:in quibus nullum extrinſecus quæſitum te/
ſtimonium eſt.ſoliſq; referti ſunt Epicuri ſententiis.Emulatus eſt illum Chryſip
pus in ſcribendo multa:ſicuti Carneades etiam refert:paraſitum illum librorum
dicens.Nam ſi quid Epicurus ſcriberet:tantũdem ſcribere & Chryſippus contẽ/
debat:atq; ideo ſæpius eadem ſcripſit.Vnde & ex tempore ſcribere ac paꝝ emen
date illi ex feſtinatione contingebat.totq; teſtimonia inſerit ut eis ſolis libri pleni
eſſe uideantur:quemadmodum & apud Zenonem & apud Ariſtotelem inueni
re in promptu eſt.Tam multa & tam præclara ſũt Epicuri uolumina.Ex quibus
iſta uel optima ſunt de natura.xxxvii.de atomis & uacuo:de amore:epitome eo/
rum quæ aduerſus phyſicos ſcripta ſunt:Aduerſus megarenſes dubitationes.Ra
tæ opiniones:De ſectis:de plantis:de fine:de iudicio:ſiue regula:Chæredemus:de
diis:de ſanctitate: Hegeſinax:de uitis quattuor:de iuſto opere:neocles:Ad The/
miſtam.Sympoſium.Eurylochus:Ad Metrodorum:de uidendo:de angulo:ato
mi:de tactu: de fato:de perturbationibus opiniones:Ad Timocratem Pronoſti
con:Exhortatorius:de imaginibus:de phantaſia:Ariſtobulus:de muſica:de iuſti
tia:de uirtutibus aliis:de donis & gratia:Polymedes. Timocrates.iii.Metrodo/
rus quinq;:Antidorus duo:De auſtris opiniones:Ad Mithrẽ.Calliſtolas:De re/
gno:Anaximenes:Epiſtolæ:Vnam autem ipſarum in ipſis conabor exponere:tri
bus eius appoſitis epiſtolis:in quibus omnem philoſophiam ſuam breuiter col/
legit.Ponemus autem & κυριασ αυτου δοξασ ratas ſcilicet ipſius opiniones.&
ſiquid uiſum eſt eloqui electione dignum:ut omni ex parte cuiuſmodi uir fuerit
addiſcas:Si tamen ego ad hæc iudicanda idoneus ſum.Primam igitur epiſtolam
ſcribit ad Herodotum Breuiarium rerum omnium naturalium:Secundam ue
ro ad Pythoclem:quæ de cæleſtibus corporibus eſt:Tertiam ad Menæceum:Cõ
tinet autem ipſa de uitis.Oriendum autem uidetur a prima:cum prius pauca di
xerimus de diuiſione philoſophiæ iuxta ipſum. Tris igitur in partes & ipſe phi/

loſophiam diuiſit Canonicam ſcilicet Phyſicam: Ethicam: Canonica igitur illa uel regularis acceſſum habet ad opus. Agitur de illa in libro qui inſcribitur Canon. Porro phyſica naturæ totam ſpeculationem cõtinet: de qua in libris naturalium triginta ſeptem atque in epiſtolis per elementa diſſeritur. Ethica uero de electio/ne & fuga diſſerit: quæ in uoluminibus de uitis & epiſtolis ac libro de fine tracta/tur. Conſueuerunt autem Canonicam naturali coniungere: appellantque illam de iudicio & principio ſiue ĩtroductione. Naturalem uero de generatione & cor/ruptione & de natura. Cæterum moralem de his quæ eligi uel uitari debent: & de uitis: & de fine dicũt. Enimuero dialecticam ut deuios agentem: improbam/que repudiant. Poſſe enim phyſicos abunde ſimplicibus & propriis rerum uoca bulis agere. Ait igitur Epicurus in Canone ſenſus iudicia eſſe ueritatis & antici/pationes & paſſiones: Epicurei præterea phantaſticos intuitus mentis adiiciunt. Dicit autem & in ea quam ad Herodotum ſcripſit Epitome: atque in certis illis opinionibus. omnis enim inquit ſenſus irrationabilis eſt: nulliuſque memoriæ capax: Neque enim a ſeipſo mouetur: neque ab altero motus ĩpotens eſt aliquid adiicere ſiue auferre: nec eſt quod ipſos poſſit arguere. Nam neque ſimilis ſenſus ſimilem poteſt: quod par ſit utriuſq; uis: neque diſſimilis diſſimilem. quippe qui non earundem rerum iudices ſint: ne ratio quidem. Namque omnis ratio a ſen/ſibus ducta eſt: neque alter alterum: omnibus enim intendimus eoque aſſeritur ſenſuum ueritas: q; quæ ſenſu uigent ea ſubſiſtant. Porro & uidere nos & audire non ſecus ac dolere ſubſiſtit. Quocirca & de incertis oportet ab his quæ appare/ant ſigna colligere: Namque & cognitiones omnes a ſenſibus manant ſecundum incidentiam & proportionem & ſimilitudinem & compoſitionem cooperante aliquid etiam ratione ipſa. Inſanorumque uiſa etiam in ſomnis uera ſæpe ſunt. Mouent enim: non autem mouet quod non eſt. Cæterum dicunt ueluti com/prehenſionem ſiue opinionem ratam ſiue cogitationem ſiue uniuerſalem intel/ligentiam inſitam: id eſt memoriam eius rei: quæ ſæpe extrinſecus apparuit: pu/ta eiuſmodi homo eſt. ſimul enim atque homo nominatur: continuo per anti/cipationem forma etiam illius intelligitur: præcedentibus: ac ducibus ſenſibus. prorſus igitur quod prius omnibus nominibus ordinatum eſt: manifeſtum eſt: Neque enim profecto quæreremus quod inquirimus: niſi prius illud nouiſſe/mus. Verbi gratia quod longe eſt: equus ne an bos eſt: oportet enim antea per an ticipationem agnouiſſe bouis & equi formam: Neque enim aliquid nominare/mus niſi prius per anticipationem illius forma per oculos animo impreſſa eſſet: Euidentes ſunt igitur anticipationes: quodque opinabile eſt a priore certo ali/quo pendet: ad quod illud referimus: quod opinamur: puta unde nouimus: an ſit iſtud homo: hanc enim opinionem appellant ſiue opinationem & ueram eſſe & falſam dicunt. Nam ſi quidem pro teſtimonio ſumatur: pro illa ſiue contra il lam agendũ ſit falſam eſſe. Vnde etiã introductũ eſt. προσμενειν. id eſt pſeuerare: & prope turrĩ accedere: & diſcere q̃lis ꝓpe uideat̃. Perturbationes aũt eẽ duas di/cũt uoluptatẽ & dolorẽ: quæ in omne aĩal cadãt. Ex his alterã ꝓpriã, alteram alie/

nam eē:per quæ eas iudicari electiones & euitationes.Quæſtionum quoq; alias eſſe de rebus:alias circa ſimplicē uerſari uocem:Atq; iſta de diuiſione ac iudicio ſummatim dicta ſunt:Redeundū iam ad epiſtolam quam diximus.

Epicurus Herodoto ſalutem.

HIs q nequeūt o Herodote ſingula quæ a nobis de natura ſcripta ſūt ad pugȝ intelligere:neq; maiores de his rebus editos libros pſcrutari:cōpendiū totius opis feci q̄tū ſatis eē putaui:ut ītegerrimaȝ opinionū memoriā facile tenerent:quo p ſingula tēpora ī his quæ ſūt rata illis opē ferre poſſint:inq̄tum arripuerit naturæ ſpeculationē Quin eos ēt q iam in cōtēplatione oīum formā & ueluti fundamēta totius operis iecerunt huiuſce cōpendio adiutū iri,ſpero ad facile reminiſcendum. Nā fūdamentis rei crebro indigemus : mēbris nō ita.pergendum igit̄ ad illa eſt:faciēduſq; ex iugi memoriæ excercitatione habitus:ex quo & ratus maxime ualiduſ q; ad res intuitus nobis obueniet:omniſq; pticulariū reȝ diligens notio reperietur:cū formæ pleniſſimæ animo uerſant̄ memoriaq; tenent̄.Nā ea ſumma totius diligentiæ iſq; effectus ē:huiuſce ītuitu uti celeriter poſſe ad ſimplicia elementa atq; ad concluſionū uoces.Neq; enim fas ē cōdenſationem ppetuæ reȝ circuitionis eē: niſi poſſit paucis uocibus totū ī ſeipſo cōplecti illud: quod ēt p partes diligenter explicatū fuerit.Vnde cū oībus putilis ſit qui ſint illi familiarius dediti naturæ ratio:huiuſmodi uiæ cōtinuationē fieri moneo ī phyſiologia eā: quæ maxime tranqllitatē afferat uitæ:& eiuſce cōpendiū ac ueluti ſummā opinionū oīum tenere memoriter.Primum igitur o Herodote quæ ſubiecta ſūt uocibus oportet cōprehendere:ut ea quæ opinamur:ſiue quærimus ſiue de quibus ambigimus ad ea referentes diiudicare poſſimus.At ne indiſcreta ſint oīa nobis in infinitum demonſtrantibus ſiue inanes uoces habeamus:neceſſe quidem ē primā notionē p unāquāq; diſpici uocē:nihilq; ,pbatione īdigere. Siqdem habebimus quæſitū uel dubitatū uel opinatū ad quod referamus:Siue ſecundū ſenſus obſeruare oīa oportet ac ſimpliciter præſentes intuitus ſiue mentis ſiue cuiuſlibet iudicioȝ.Eadē uero rōne ēt pturbationes quæ adſunt ut & pſeuerans illud & incertum habeamus: qbus notare poſſimus:hæc aūt ubi perceperimus:de īcertis iam conſpicari opus eſt. Primum quidem q; nihil ſit ex eo quod non eſt: omnia enim ex omnibus fierent ſeminibus nihil indigentia.Sed & ſi quid defluit interiret in id quod non eſt:omnia iandudum interiſſent:cum ea non eſſent: in quæ diſſoluerentur. Atqui & omne ſemper huiuſmodi fuit: quale nunc eſt: ſemperque tale erit:nihilq; eſt in quod mutari poſſet.Nam præter ipſum omne nihil eſt:quod in id ingreſſum mutationem operetur.Enimuero iſtud quoque etiam in maiore compendio ſtatim a principio dixit:In primo item de natura ipſum omne eſt.Corpora nanque iſta ut ſeſe habeant : ſenſus ipſe teſtatur in omnibus: ſecundum quem neceſſe eſt incertum cogitationum coniicere: quemadmodum antea dixi:niſi enim eſſet quod inane & locum : & quæ tangi non poteſt naturam nominamus:nequaq̄ haberent ubinam eſſent corpora:neque per quod mouerentur:quæ ,pfecto moueri perſpicuum eſt. At præter iſta

nihil neq; cogitatione cõpræhendi poteſt:neq; per modũ compræhẽſionis:neq; ſecũdum cõpræhenſibilium ꝓportionẽ.quippe quæ ꝑ oẽs naturas accipiunt:neq; ueluti hoꝝ euentus accidentiaue dicũtur.eadem ferme i primo de natura & i xiiii.&.xv.atq; in maiore cõpendio.Corpora alia qdẽ ſũt concretiones: alia uero ex quibus cõcretiones factæ ſunt.At iſta ĩdiuidua ſunt & ĩmutabilia:niſi oĩa i id quod nõ eſt:interitura ſunt:Cæteꝝ ĩ diſſolutione cõcretionũ plena ꝑ naturã ſuſtinere ualent.Cum nõ habeant quorſum aut quo pacto ſolui poſſint.Itaq; prĩcipia neceſſe ẽ:indiuiduas eẽ corpoꝝ naturas.Præterea & omne iſtud infinitũ ẽ. Nam quod finitum ẽ:extremũ habet.extremũ aũt præter aliud quidpiã inſpicitur.Itaq; quod extremũ nõ habet nec finem quidem.Quod autem finẽ nõ habet:infinitum ſit neceſſe eſt:nõ finitum.Atqui & multitudine corporũ & uacui magnitudine omne iſtud infinitum eſt:Siue enim eſſet infinitũ uacuũ & corpora finita:nuſq̃ manerent corpora:ſed ferent per infinitum inane diſperſa:cũ nõ haberent quo ſe figerent atq; cohiberent:ſiue uacuũ finitũ eẽ:nõ haberent infinita corpora:ubinam ſubſiſterent?Ad hæc uero indiuidua corporum ac plena ex quibus & concretiones fiunt & in quæ diſſoluuntur : incõpræhenſibilia ſũt figurarum differentiis.Neque enim poſſibile ẽ ex eiſdem figuris compræhenſis tot factas eſſe differentias:at per unanq̃q; figurationem ſimpliciter infinitæ ſunt ſimiles. Porro differentiis nõ ſimpliciter infinitæ:ſed tantũmodo incõpræhenſibiles ſunt:Neq;.n.ait interius in infinita ſectionem eſſe. Dicit autem quandoquidem qualitates immutantur:ſi quis eas non etiam magnitudinibus ſimpliciter in ĩmenſum emiſſurus ſit:mouenturq; iugiter Atomi:Ait.n.iterius & æq̃ celeritate motus illos agitari uacuo ſimilẽ motũ exhibẽte ꝑpetuo grauiſſime atq; leuiſſime. Atq; illæ quidem longe a ſe inuicem diſtãtes.Aliæ uero agitationẽ ipſam continent cũ fuerint complexione inclinatæ ſiue ipſis cõplexionibus ſuſtentatæ fuerit.Quippe uacui natura quæ illos ſingulos dirimit:hoc efficit q̃ndoquidem firmitatẽ ſiue affixionem facere ipſa nõ põt: Solidũq; quod ĩ illis ineſt ꝑ colliſionẽ agitationẽ facit:inq̃tum cõplexio illa ex colliſione reſtitutionem dat.hoꝝ aũt initiũ nõ eſt cũ atomi & inanæ cauſæ ſint.Ait aũt intrĩſecus neque ullã circa atomos ineſſe qualitatem præter figuram & magnitudinẽ & grauitatem.Immutari aũt colorem circa poſitionem atomoꝝ in duodecim Inſtitutionibus ait:omnemq; magnitudinẽ circa illas non eſſe.Deniq; nũq̃ atomus ſenſu uiſa eſt:hæc autem uox cum iſta oĩa memorantur figuram idoneam amittit intentionibus ſeu compræhenſiõibus naturæ reꝝ.mundi item infiniti ſunt:quiq; huic ſimiles & qui diſſimiles ſunt.Atomi nãq; cum infinitæ ſint ut modo demonſtratum eſt:etiam longiſſime feruntur:Neq; enim conſumũtur eiuſce atomi ex quibus fiat mundus:ſiue a quibus effectus ſit:neq; in unum neq; in infinitos:neq; in ſimilibus:neq; in differẽtibus.Nihil igit ẽ quod huiſmodi mundoꝝ infinitatẽ ĩpediat:Immo & formæ ſimiliũ figuraꝝ ſolidis tenuitatibus longe ab apparentibus diſtãt:Neq; eni eiuſce receſſiones in aere fieri nõ poſſunt:neq; aptitudines per efficiẽtiã cõcauoꝝ atq; tenuiũ:neq; uapores cõſequentem poſitionẽ atq; inceſſum obſeruantes eã ſcilicet quam in ſolidioribus habebãt, has autem

formas ſpecies ſiue imagines uocamus. Motus itē q per uacuū fit nullo contra i-cidentiū occurſu fit: oēm longitudinē cōpræhenſibilē in incompræhenſibili cō-ſumat tempore. Quippe tarditatis ac claritatis inciſio aduerſa nec aduerſa ſimi-litudinē accipit: neq; tamē ſimul ſecūdum tempora quæ per rōem ſpeculamur: iuxta id quod agitur: corpus ad loca plura penetrat: &.n. cogitari nō pōt. Et hoc ſenſibili in tēpore ſimul aduenienſ undecūq; iſiniti nō ex quocūq; cōplectamur motū loco: recedens erit. Simile enim contrariæ illi iciſioni erit etiam ſi tam diu celeritatem motus nō interſecādum relinquamus. perutile eſt aūt & hoc tenere elementū: Deniq; quoniam ſimulacra tenuitatibus ſummis utunť. Nihil ex ap-parentibus contra teſtať. Quocirca & celeritates hēnt inſuperabiles meatū oēm modicū habentia. Vti ne qd illoꝝ infinitatē uel minimū interſecet: plurimas āt & iſinitas cōtinuo aliquid refringat. Ad hæc uero quoniā imaginū generatio ſi-mul atq; cogitať contingit: Nanq; fluxus a corporibus eius q ſit in multa angu-ſtia notationi pſpicuus nō ē ob contrariā repletionē ſeruās diutius ſolidi poſitio nē ordinēq; atomoꝝ: & ſi aliquādo cōfunditur celereſq; in aere conuentus ſunt: quod minime oporteat altius repletionē recedere. Sūt aūt & alii modi a quibus naturæ huiuſmodi gignanť. Nihil enim hoꝝ contra ſenſus atteſtatur: ſi recipiat aliqs quodāmodo actiones: ut ab exterioribus ad nos cōuenietiā referāt: & illud aūt exiſtimandū ē: cū aliqd extrinſecus ſubrepit: Formas nos ītueri atq; cogitare neq; enī pfecto reſignaret quæ exteriora ſunt: naturā ſuā coloris ſcilicet atq; for-mæ p aerē: qui inter nos & illā medius ē: neq; p radios aut qualeſcūq; fluxus: qui a nobis ad illa manarint: ita ueluti formis quibuſdam a rebus ipſis ad nos pene trantibus: quæ a coloribus formæq; ſimilitudine nō differant: iuxta modū con-gruæ magnitudinis ī aciem aut mentē celeri utentibus motu. deinde hac ex cau ſa eo q; unū & ppetuū ē phantaſiam conſenſionemq; reddens a ſeruante ſubie-cto ſecūdum eam quæ inde proficiſcitur: æqualē ī altioribus affixionem in ſoli-do fictionis atomoꝝ & quā animo ſiue ſenſibus phantaſiā irruentē accepimus ſeu formæ ſeu accidentiū: forma hæc ē ſolidi quæ fit iuxta ſubſequentē denſita tem ſiue ex imaginū cōpræhēſione. Porro in eo quod opinamur mēdaciū ſemp ac falſum aſſeri: ſiue nō refelli poteſt. Sin uero minus aſſeratur per immobilem nobis ipſis cōnexum imaginalem intuitū pceptione preditū: per quā mendaciū fit. Quippe ſimilitudo uiſoꝝ quæ ueluti ī imagine accipiunť ſiue illa ī ſomnis fi ant ſiue per alios ītuitus mentis aut iudicioꝝ reliquoꝝ nequaq̄ in his eſſet quæ q; ſunt: & uera appellanť: niſi eſſent aliqua & hæc ad quæ iaculamur intuitum. falſum uero nō eſſet niſi accepiſſemus & alium aliquem motum in nobis ipſis coniunctum quidem cæterum perceptione præditum. Secundum hūc autem coniunctum phantaſtico iactui perceptionemq; habentem: ſi quidem non aſſe ratur: ſiue refellatur fieri ut mendatium ſit: ſi autem aſſeratur aut non refella-tur uerum. Et hæc igitur operæprecium eſt: ut opinio fortiter teneat: ut neq; iu dicia tollantur actionum neq; falſum dum æque firmatur cuncta perturbet. At qui & auditus fit: dū flatus aliquis fertur ſiue a uocante ſiue a ſonante ſiue a ſtre pente aut quomodolibet audiendi paſſionem inferente. Porro fluxus hic inæq̄

lium partium tumores una diffunditur quandam adinuicem ſeruantes conſenſionem atq; unitatem ꝓpriam ad id quod emiſit:atq; ad ſenſum pertingentem qui in illo ut plurimum facit. Sin uero minus uel quod extrinſecus eſt tantum manifeſtat.Nam abſq; conſenſione aliqua inde adueniente nunq̃ profecto fieret huiuſmodi ſenſus.Non igitur exiſtimandum eſt aerem ipſum a procedente uoce formari:Siue ab his quæ nõ diſſimilis generis ſunt. Multum enim ei deeſſet ſi hoc ab illa pateretur:ſed eum ictum qui fit in nobis ſimul ac uocem emiſerimus huiuſmodi facere ex quibuſdam tumoribus: qui uentoſum efficiant fluxum:deinde nobis paſſionem audiendi inſinuent. hoc ipſum de odoratu item ſentiẽdum quod de auditu diximus : nunq̃ ſcilicet ullam efficere paſſionem poſſe:niſi ſint tumores quidam:qui a re ipſa ad hũc mouendum ſenſum debita mẽſura ferantur:dum partim quidem perturbati atq; alieni ſunt:partim uero quieti & conuenientes.Nẽpe enim & atomos exiſtimandum eſt nullam qualitatem eorum quæ uidentur:admittere præter figuram & grauitatem : & magnitudinem & quæq; neceſſario figuram contingunt.quippe qualitas omnis immutatur:atomi uero nihil mutant.Oportet enim ſemper in diſſolutionibus concretionum aliquid ſolidum atq; inſolubile ſubſiſtere:quod mutatiões in id quod non eſt nõ faciat:neq; ex eo quod non eſt:ſed ſecundum tranſmutationes ĩ plurimis:quorũdam uero acceſſus etiam ac receſſus:Quocirca neceſſe ẽ:ut ea quæ non tranſmutantur:incorruptibilia ſint:& ab eius quod mutatur natura prorſus aliena:uerum tumores habere:ac formationes ſuas:hoc enim ſubſiſtere neceſſarium eſt.Nam in his quæ apud nos tranſformantur ſecũdum ablationem figura accipitur ĩfinita.Eniuero qualitates cum in eo quod mutatur:inſitæ non ſint:ſecus atq; illud relinquuntur ex corpore toto pereuntes.Sufficiũt igitur iſta quæ relinquuntur efficere concretionum differentias. Quippe aliqua neceſſe ẽ relinquantur:atq; in id quod nõ eſt defluant.Sed ne ſemper omnem quidem ĩ atomis magnitudinem eſſe putandum eſt:ne ea quæ apparent reluctentur.Cæterum mutationes quaſdam eẽ magnitudinum exiſtimandum.præſtat id q̃ppe.hoc ãt ſi adſit:& q̃ ſcd̃m paſſiões & quæ ſecũdũ ſẽſus fiũt reddẽtur.Oĩs ãt ſubſiſtens magnitudo neq; utilis ẽ ad qualitatum differentias. Nam & ad nos ueniunt uiſibiles atomi.Quod cum ſit:minime cernitur:neq; quo pacto fiat uiſibilis atomus agnoſcere poſſumus.Ad hæc putandum non eſt in corpore finito tumores infinitos eſſe: neq; qualeſcunq;:Itaq; non modo eam ſectionem quæ in finitum fit ad id quod minus eſt:tollere oportet:ne omnia infirma faciamus: cogamurq; complexionibus repentinorum ea quæ ſunt:in id quod non eſt:terendo conſumere:uerum ne tranſmutationem quidem in his quæ finita ſunt: in infinitum:neque in minus fieri exiſtimandum:Neque enim ubi ſemel quiſpiam dixerit tumores in plæriſque infinitos eſſe: quales etiam ſint intelligere poteſt.præterea ne id quidem quomodo finita ſit iſta magnitudo: Quales enĩ quidam ſunt conſtat:Nam ſi quidem tumores illi infiniti ſunt:& hi ex quibus qualeſcũq; hi fuerint:ĩfinita profecto eẽt etiam magnitudo:extremitateq; finitam habentes perceptibilem:niſi & ꝑ ſe ipſum inſpiciendum nõ eſt:ne & quod

deinceps ſequitur:huiuſmodi intelligamus:atq; ita per conſequens in anteriora tēdēdo in īſinitū contigat cogitatione ꝓcedere:minimūq; illud quod in ſenſu eſt cōſiderandū eſt:ut neq; ſit huiuſmodi cuiuſmodi id quod habet trāſmutatiōes: neq; tamē oīno diſſimile:ſed habeat cōmune cū trāſmutationibus aliqd.Cæteꝝ perceptione partiū careat:aliaſq; ꝓpter cōis illius ſimilitudinē aliqd ipſius nō ꝑcepiſſe arbitramur partim ad hæc:partim ad illa æq̄litatē nobis oportet occurrere: ex qua iſta cōſpicimus.a primo īchoātes:non in eodē:neq; in partibus partiū:ſed in ꝓprietate ſua metiēdo magnitudines:quæ maiores ſunt magis:& quæ mino/res minus.hac ꝓportione arbitrādū & quod in atomo minimū eſt uti.Cōſtat.n. differre illud paruitate ab eo quod ſecūdū ſenſus aſpiciť:eadē uero ꝓportiōe uti. Nāq; & quā magnitudinē habeat atomus ſecūdū hāc ꝓportionē prædicauimus modice ſolā excludēdo lōgitudinē.præterea minimos atq; īmixtos fines eſſe pu/tādū eſt:lōgitudinū dimēſionē:& ex ipſis primis:maioribus ac minoribus parā/do rōnis ſpeculatione in his quæ ſunt īuiſibilia.Nā cōmune illud quod eis eſt ad īmutabilia ſufficit:qd hactenus eſt ꝑficere.Collationē aūt ex his quæ motum habēt:fieri poſſibile nō eſt:Nēpe & īſiniti quod ſupremū aut īſimū ſit prædicādum nō eſt:ſupra uel īfra eſſe.Nā quod ſupra caput ſit:undecūq; ſtemus:ducere in īſi/nitū:nunq̄ nobis iſtuc uiſum iri.Ita & quod īfra id quod ītellectū eſt:æqua rōne euadere in īſinitū:ſupra eſſe atq; īfra iuxta idē.hæc enim ītelligi poſſibile non eſt. itaq; licet unā accipere ſuperiorē ītelligibilē loci mutationē in īſinitū unāq; īſeriorē:& ſi milies ad ſuperiorū pedes id quod a nobis ferť ad ea quæ ſupra caput no/ſtrū ſūt loca pertigat:aut ad īſeriorum caput quod a nobis ferť īſerius.Nāq; mo/tus uniuerſus nihilominus uterq; utriq; oppoſitus in īſinitū ītelligiť.Veꝝ enim & æqua celeritate atomos eſſe neceſſe eſt:cum per īane īuehunť nullo reluctāte: neq; enim grauia paruis ac leuibus celerius ferrenť:quandoquidē nihil occurrit eis:neq; parua itidē magnis:cū motū oīa habeāt cōmēſum:ubi ne illis qdē aliqd obluctať neq; ſupnus neq; obliquus per colliſiones motus:neq; īſerior per ꝓpria pōdera:In q̄tū enim utraq; cōtinēt in tantū una ītelligendo habebit motū:quod aut extrīſecus aut ex pōdere ꝓprio reluctetur aduerſus feriētis uim.Sed enim & per cōcretiones altera celerius q̄ altera diceť:quando atomoꝝ æqua celeritas ſit: atq; in unū feranť locū atomi quæ in cōuētibus ſunt:& cōtra minima perpetuo tpe:niſi in unū ſecundū tēpora quæ rōne cernunť:ſed fræquēter obluctenť:qdiu ſub ſenſu motus aſſiduitas fiat.quod.n.de inuiſibili opinamur.quod.ſ.tpa quæ rōne cernunť ꝑpetuū motū habitura ſint in huiuſmodi ueꝝ nō eſt.Nam omne quod cerniť:aut animo per ītuitū ꝑcipiť:ueꝝ eſt.poſt hæc īſpiciēdū eſt ad ſenſus paſſioneſq; referendo.Ita enim erit firmiſſima ꝓbatio ꝙ aīa ſit corpus tenuibus partibus per totā congregationem ſeminatū.Cæteꝝ ſpiritui ſimillimum calori quoddā tēperamentū habēti atq; huic alicubi ſimile alicubi illi.Eſt aūt pars quæ multā accepit īmutationē exilitate partiū atq; hoꝝ etiā ipſoꝝ.Cōſentit aūt huic magis ex reliquo cætui.At iſtud omne cōſtat uires eſſe animi & ꝑturbatōes agilitateſq; motus & cogitationes & cætera qbus priuati morimur.Enimuero & id oportet tenere ꝙ habeat aīa ſenſus plurimā cauſam.Non tamen iſtā accepiſſet:

